o, \* omnibus  
stris.

mer, Propheta  
vocaberis: \*  
nim ante fa-  
mini parare vias

idam scientiam  
tibi ejus, \* in  
m peccatorum

Per viscera misericordie Dei nostri, \* in quibus visitavit nos Oriens ex alto,

Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

*Antiph. & Oratio in Proprio.*

*Si qua Commemoratio occurrit, fit statim post Orationem diei, per Antiphonam, Versiculum & Orationem, ut notatur in Proprio.*

*Post Commemoracionem, aut, si plures sint, post ultimam, dicitur:*

Dominus vobiscum;  
Et cum spiritu tuo.

Benedicamus Domino.  
Deo gratias.

*Tum, nisi subjungatur aliud Officium, dicitur secretò:*

Fidelium anime per misericordiam Dei requiescant in pace.

Et Amen.

*Deinde, Pater noster.*

*Postea, etiam extra Chorum, Antiphona de Beata, ut habetur ad calcem Psalterii.*

*Denique, Divinum auxilium maneat semper nobiscum.*

Et Amen.

## AD PRIMAM.

Pater, Ave, Credo,  
*secretò.*  
Deus, in adiutorium, &c.

*Hymnus.*

**J**AM lucis orto sidere,  
Deum precemur sup-  
plices,

Præsens benigno lumine  
Nostros ut actus dirigat.

NIL lingua peccet, nil  
manus;

Nil mens inane cogitet.

In ore simplex veritas,

In corde regnet caritas.

INCÆPTA dum fuerit  
dies,

O Christe, sis custos vigil.

Da mente scire quod  
doces;

Da corde, quod jubes,  
sequi.

Tu spes salutis; actuum

Tu finis & primordium:

Te, prosequamur, auspice,

Quæ, te favente, cœpi-  
mus.

¶ ÆTERNE tu Verbi  
Pater,

Æterne Fili par Patri,

Et par utrique Spiritus,

Lauderis omni tempore.

Amen.

¶ *Hæc Doxologia ad  
Primam, Tertiam, Sex-  
tam & Nonam, quando-  
quæ mutanda est, ut nota-  
tur in propriis locis.*

*Ant. 1. G. Deus meus.*

*Psalmu*

**C**onfitemi  
quoniam  
quoniam in  
fericordia ej

Dicat nun-  
niam bonus  
in seculum  
ejus.

Dicat nur-  
ron, \* quoniam  
lum miseric

Dicant r-  
ment Dõmi-  
niam in seculum  
cordia ejus.

De tribul-  
cavi Dõmi-  
exaudivit i-  
dine Dõmi-

Dõminus  
tor: \* non  
faciat mihi

Dõminus  
tor, \* & e-  
inimicos m-

Bonum el-  
Dõmino, \*  
dere in hõ-

Bonum e-  
Dõmino, \*  
in principit

Omnes g-  
runt me; \*

Dõmini, quoniam  
in eos.

Circumd-  
dederunt mi-  
mine Dõmi-  
sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis; \* & in nómine Dómini, quia ultus sum in eos.

Impulsus, eversus sum ut caderem, \* & Dóminus suscepit me.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus; \* & factus est mihi in salutem.

Vox exultatiónis & salutis \* in tabernáculis iustórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me; \* déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam, \* & narrábo ópera Dómini.

Castigans castigávit me Dóminus: \* & morti non tradidit me.

Aperíte mihi portas iustitiæ; ingressus in eas, confitebor Dómino: \* hæc porta Dómini; iusti intrábunt in eam.

Confitebor tibi, quóniam exaudisti me, \* & factus es mihi in salutem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificantes, \* hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud, \* & est mirábile in óculis noltris.

*Hæc est dies quam fecit*

Dóminus; \* exultemus & lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac: ó Dómine, benè prosperáre: \* benedictus qui venit in nómine Dómini.

Benediximus vobis de domo Dómini: \* Deus Dóminus, & illuxit nobis.

Constitúite diem solemnem in condensis, \* usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi; \* Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitebor tibi, quóniam exaudisti me, \* & factus es mihi in salutem.

Confitemini Dómino, quóniam bonus, \* quóniam in séculum misericórdia ejus.

*Psalmus 118.*

**B**eáti immaculáti in via, \* qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui scrutantur testimónia ejus, \* in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, \* in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandasti \* mandáta tua custodiri nimis.

Utinám dirigantur viæ meæ \* ad custodiendas justificatiónes tuas!

Tunc non confundar, \* cum perspéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directiōne cordis , \* in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.

Justificatiōnes tuas custodiā ; \* non me derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam ? \* in custodiendo sermōnes tuos.

In toto corde meo exquisivi te ; \* ne repellas me à mandātis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua ; \* ut non peccem tibi.

Benedictus es , Dōmine : \* doce me justificatiōnes tuas.

In lābiis meis \* pronuntiāvi omnia iudicia oris tui.

In via testimoniōrum tuōrum delectatus sum , \* sicut in omnibus divitiis.

In mandātis tuis exercēbor , \* & considerābo vias tuas.

In justificatiōnibus tuis meditābor : \* non oblitescar sermōnes tuos.

*Divisio Psalmi 118.*

**R**etrībue servo tuo , vivifica me , \* & custodiā sermōnes tuos.

Revēla oculos meos , \* & considerābo mirabilia de lege tua.

*Incola ego sum in ter-*

ra : \* non abscondas à mandāta tua.

Concupivit anima desiderare justificatiōnes tuas \* in omni tēpo

Increpasti superbos maledicti qui declina mandātis tuis.

Aufer à me opprōbri & contemptum , \* & testimōnia tua exquis

Etenim sederunt principes , & adversarii loquebantur ; \* ser

autem tuus exercebit in justificatiōnibus tu

Nam & testimōnia meditatio mea est , consiliū meum justificatiōnes tuæ.

Adhæsit pavimento ma mea : \* vivifica secundum verbum tu

Vias meas enuntiā & exaudisti me : \* d me justificatiōnes tuas

Viam justificatiōrum tuarum instrue me ; exercēbor in mirabili tuis.

Dormitavit anima , præ tædio : \* confu me in verbis tuis.

Viam iniquitatis à ve à me ; \* & de lege miserere me.

Viam veritatis elég iudicia tua non sum c tus.

Adhæsi testimōniis Dō

noli me con-  
mandatorum  
curri, \* cum  
or meum.

*Symbolum dicitur  
fit Officium  
ica, nisi aliter*

neque vult fal-  
sitate, \* ante  
is est ut teneat  
a fidem:

nisi quisque in-  
inviolatamque  
, \* absque dū-  
mum peribit.

item catholica  
ut unum Deum  
te, \* & Trini-  
Unitate venerē-

confundentes  
\* neque sub-  
eparantes.

enim persona  
ia Filii, \* alia  
ancti.

ris, & Filii, &  
ncti, una est di-  
æqualis gloria,  
majestas.

Pater, talis Filii  
alis Spiritus san-

us Pater, in-  
lius, \* increatus  
anctus.

us Pater, im-  
a. F \*

mensus Filius, \* immen-  
sus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus  
Filius, \* æternus Spiritus  
sanctus.

Et tamen non tres æter-  
ni, \* sed unus æternus:

Sicut non tres increati,  
nec tres immensi, \* sed  
unus increatus, & unus  
immensus.

Similiter omnipotens  
Pater, omnipotens Fi-  
lius, \* omnipotens Spiri-  
tus sanctus:

Et tamen non tres om-  
nipotentes, \* sed unus  
omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus  
Filius, \* Deus Spiritus  
sanctus:

Et tamen non tres Dii, \*  
sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dô-  
minus Filius, \* Dominus  
Spiritus sanctus;

Et tamen non tres Dô-  
mini, \* sed unus est Dô-  
minus.

Quia sicut singillatim  
unamquamque personam  
Deum ac Dominum con-  
fiteri christianâ veritate  
compellimur; \* ita tres  
Deos aut Dôminos dicere  
catholicâ religione pro-  
hibemur.

Pater à nullo est fa-  
ctus, \* nec creatus, nec  
génitus.



Confitebor tibi in directione cordis , \* in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.

Justificationes tuas custodiam ; \* non me derelinquas usquequaque.

In quo corrigit adolescentior viam suam ? \* in custodiendo sermones tuos.

In roto corde meo exquisivi te ; \* ne repellas me à mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua ; \* ut non peccem tibi.

Benedictus es , Domine : \* doce me justificationes tuas.

In labiis meis \* pronuntiavi omnia iudicia oris tui.

In via testimoniòrum tuòrum delectatus sum , \* sicut in omnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor , \* & considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor : \* non obliviscar sermones tuos.

*Divisio Psalmi 118.*

**R**etrìbue servo tuo , vivifica me , \* & custodiam sermones tuos.

Revèla oculos meos , \* & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in ter-

ra : \* non abscondas à me mandata tua.

Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas \* in omni tempore.

Increpasti superbos : \* maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium & contemptum , \* quia testimonia tua exquisivi.

Etenim sederunt principes , & adversam me loquebantur ; \* servus autem tuus exercebatur in justificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est , \* & consilium meum justificationes tuæ.

Adhæsit pavimento anima mea : \* vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi , & exaudisti me : \* doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me ; \* & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea præ tædio : \* confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove à me ; \* & de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elégi : \* iudicia tua non sum oblitus.

Adhæsi testimoniis tuis ,  
Domine

noli me con-  
mandatorum  
urri, \* cum  
: meum.

*ymbolum dici-  
) fit Officium  
a, nisi aliter*

que vult fal-  
sè, \* ante  
est ut teneat  
fidem :

si quisque in-  
violatâmque  
\* absque dû-  
um peribit.

em catholica  
unum Deum  
, \* & Trini-  
tate veneré-

confundentes  
\* neque sub-  
varantes.

enim persona  
Fili, \* alia  
ai.

s, & Fili, &  
ai, una est di-  
quâlis glória,  
majestas.

iter, talis Es-  
s Spiritus san-

Pater, in-  
is, \* increatus  
ctus.

s Pater, im-  
z F \*

mensus Filius, \* immen-  
sus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus  
Filius, \* æternus Spiritus  
sanctus.

Et tamen non tres æter-  
ni, \* sed unus æternus :

Sicut non tres increâti,  
nec tres immensi, \* sed  
unus increatus, & unus  
immensus.

Similiter omnipotens  
Pater, omnipotens Fi-  
lius, \* omnipotens Spiri-  
tus sanctus :

Et tamen non tres om-  
nipotentes, \* sed unus  
omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus  
Filius, \* Deus Spiritus  
sanctus :

Et tamen non tres Dii, \*  
sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dô-  
minus Filius, \* Dominus  
Spiritus sanctus ;

Et tamen non tres Dô-  
mini, \* sed unus est Dô-  
minus.

Quia sicut singillatim  
unamquamque personam  
Deum ac Dominum con-  
fiteri christiânâ veritate  
compellimur ; \* ita tres  
Deos aut Dôminos dicere  
catholicâ religione pro-  
hibémur.

Pater à nullo est fa-  
ctus, \* nec creatus, nec  
génitus.

Filius à Patre solo est ; \* non factus , nec creatus , sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio ; \* non factus , nec creatus , nec genitus , sed procedens.

Unus ergo Pater , non tres Patres ; unus Filius , non tres Filii ; \* unus Spiritus sanctus , non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius , nihil majus aut minus ; \* sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

Ita ut per omnia , sicut jam supra dictum est , \* & Unitas in Trinitate , & Trinitas in Unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse , \* ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem , \* ut Incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta , ut credamus & confiteamur , \* quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius , Deus & homo est.

Deus est ex substantia Patris ante secula genitus , \* & homo est ex

substantia matris in seculo natus.

Perfectus Deus , perfectus homo , \* ex anima rationali & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundum divinitatem ; \* minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & homo , \* non duo tamen , sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem , \* sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino non confusione substantiæ , \* sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo , \* ita Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra , descendit ad inferos ; \* tertiâ die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos , sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis ; \* inventurus est judicare vivos & mortuos.

Ad cujus adventum omnes homines resurget cum corporibus suis ; \* & reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt

ram æternam; \*  
nals, in ignem

t fides cathóli-  
am nisi quisque  
firmitérque cre-  
salvus esse non

**Patri.**

eus meus es tu,  
sbor tibi; Deus  
tu, & exaltábo

*III. I. Tim. I.*

seculórum im-  
áli, invisibili,  
, honor & gló-  
cula seculórum.

o grátias.

ve, Christe Fili  
, \* Misérére no-  
hui sedes ad dex-  
tris, [ *hic Ver-  
doque mutandus  
uatur in propriis*

\* Misérére nobis.  
Patri, & Filio,  
ui sancto. *Repe-  
Christe Fili Dei  
miserére nobis.*  
*16. Tob. 8. Hebr.*

surge, Dómine,  
nos; &. Et rédime  
pter nomen tuum

minus vobiscum;  
um spíritu tuo.

F 2

**Orémus.**

**D**ómine Deus omni-  
potens, qui ad prin-  
cípium hujus diéi nos  
pervenire fecisti, tuá nos  
hódie salva virtúte; ut  
ad nullum declinémus  
peccátum, sed semper ad  
tuam justítiam faciendam  
nostra procédant elóquia,  
dirigantur cogitátiones  
& ópera; Per Dóminum  
nostrum Jesum Christum  
Fílium tuum, qui tecum  
vivit & regnat in unitáte  
Spíritus sancti, Deus, per  
ómnia sécula seculórum.  
&. Amen.

ψ. Dóminus vobiscum;  
&. Et cum spíritu tuo.

ψ. Benedicámus Dómi-  
no. &. Deo grátias.

**AD OFFIC. CAPITULI.**

*Primò legitur Marty-  
rologium, in cujus fine  
respondetur Deo grátias:  
& statim Hebdomadarius  
dicit altá voce:*

ψ. Pretiósá in conspe-  
ctu Dómini, &. Mors  
Sanctorum ejus. *Pf. 115.*

*Et absolutè sine Dómi-  
nus vobiscum, & sine  
Orémus.*

**S**ancta María & omnes  
Sancti intercédant pro  
nobis ad Dóminum, ut  
nos mereámur ab eo adju-  
vári & salvári, qui vivit

✠

*Dominica, ad Primam.*

& regnat in secula seculorum. *R.* Amen.

*Postea dicitur, V.* Deus, in adiutorium meum intende; *R.* Domine, ad adjuvandum me festina.

*Pf. 69.*

*V.* Deus, in adiutorium meum intende; *R.* Domine, ad adjuvandum me festina.

*V.* Deus, in adiutorium meum intende; *R.* Domine, ad adjuvandum me festina.

*Deinde Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.*

*Kyrie, elcison. Christe, elcison. Kyrie, elcison. Tum secreto, Pater noster. Alia voce, V.* Et ne nos inducas in tentationem; *R.* Sed libera nos a malo.

*V.* Respice in servos tuos, Domine, & in opera tua; & dirige filios eorum; *R.* Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige. *Pf. 89.*

*V.* Gloria Patri. *R.* Sicut erat.

*Oramus.*

**D**irigere & sanctificare, regere & gubernare dignare, Domine Deus Rex caeli & terrae, hodie corda & corpora

nostra, sensus, semper & actus nostros, in tua, & in operibus datorum tuorum; & in aeternum, te liante, salvi & libere mereamur, Salvator di; Qui vivis & regnas in secula seculi. *R.* Amen.

*Lector, versus adbrantem, petit benedictionem, dicens: J. Domne, benedice.*

*Benedictio: Bonitatem & disciplinam, & tiam doceat nos Iesus. Pfal. 118.*

*R.* Amen.

*Tum fit lectio Cantici (qui, pro singulis dicitur ad calcem) cuius fine dicitur: Item, Domine, mihi nostrum. Chorus respondeat Deo gratias.*

*Absoluto Canone, domadarius dicit: In adiutorium nostrum Domini: R. fecit caelum & terram. Pf. 123.*

*Submissiori voce Benedicite. R. Dei Hebdom. Deus*

aperet nos in omni terra ut faciamus eius voluntatem: faciens in quod placeat coram per Iesum Christum

1. *secula seculi.* 13.

2. *libet Horam, sequitur Officium Secretò: Finitur, &c. Deinde iter.*

3. *RTIAM. tur ab Officio, dicitur seculis Ave; & iter Horas. jutorium, &c. manus.*

4. *amoris, Spiritus; nen mentium, sus intimis ammas cordi-*

5. *itaris vinculo nectis Filium, oris mutui jungant vin-*

6. *ONE tu Verbi er, i par Patri, que Spiritus, nini tempore. ten.*

7. *Misericordiã, salmo 118.*

8. *pone mihi, ne, viam iuram tuatum; \* m eam semper. intellectum, & legem tuam; \**

9. *F 3*

10. *& custodiam illam in toto corde meo.*

11. *Deduc me in semitam mandatorum tuorum; \* quia ipsam volui.*

12. *Inclina cor meum in testimonia tua, \* & non in avaritiam.*

13. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem; \* in via tua vivifica me.*

14. *Statue servo tuo eloquium tuum, \* in timore tuo.*

15. *Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum, \* quia iudicia tua jucunda.*

16. *Ecce concupivi mandata tua: \* in æquitate tua vivifica me.*

17. *Et veniat super me misericordia tua, Domine; \* salutare tuum secundum eloquium tuum.*

18. *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum; \* quia speravi in sermonibus tuis.*

19. *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque; \* quia in iudiciis tuis supersperavi.*

20. *Et custodiam legem tuam semper, \* in seculum & in seculum seculi.*

21. *Et ambulabam in latitudine; \* quia mandata tua exquisivi.*

22. *Et loquebar de testi-*

*Ant. 2. D.* Fac cum servo tuo.

*Ex Psalmo 118.*

**D**efecit in salutare tuum anima mea, \* & in verbum tuum super speravi.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, \* dicentes: Quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut uter in pruina, \* justificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies servi tui? \* quando facies de persecuentibus me iudicium?

Narraverunt mihi iniqui fabulationes, \* sed non ut lex tua.

Omnia mandata tua veritas: \* inique persecuti sunt me, adjuva me.

Paulo minus consummaverunt me in terra; \* ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundum misericordiam tuam vivifica me, \* & custodiam testimonia oris tui.

In æternum, Domine, \* verbum tuum permanet in celo.

In generationem & generationem veritas tua: \* fundasti terram, & permanet.

Ordinatione tua perseverat dies, \* quoniam omnia serviunt tibi.

Nisi quod lex tua meditatio mea est, \* tunc forte periissem in humilitate mea.

In æternum non obliviscar justificationes tuas, \* quia in ipsis vivificasti me.

Tuus sum ego, salvum me fac; \* quoniam justificationes tuas exquisivi.

Me expectaverunt peccatores ut perderent me: \* testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: \* latum mandatum tuum nimis.

*Divisio Psalmi 118.*

**Q**uomodo dilexi legem tuam, Domine! \* tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo, \* quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi, \* quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi, \* quia mandata tua exquisivi.

Ab omni via mala pro-

des meos, \* ut  
n verba tua.  
ciis tuis non de-  
\* quia tu legem  
mihi.

dúlcia fáucibus  
quia tua! \* su-  
ori meo.

idátis tuis intel-  
propterea odívi  
riam iniquitátis.  
ia pédibus meis  
uum, \* & lumen  
reus.

, & státui \* cu-  
judícia justítiae

liárus sum usque-  
Dómine; \* vi-  
e secundum ver-  
um.

itária oris mei  
ita fac, Dómi-  
judícia tua doce

mea in mánibus  
iper, \* & legem  
n sum oblítus.

unt peccatóres  
mihi, \* & de  
s tuis non er-

litate acquisívi  
ia tua in æter-  
quia exultatio  
rei sunt.

ávi cor meum ad  
s justificatiónes  
ternum, \* propter  
ónem.

*Altera divisio Psalmi 118.*

**I**Níquos ódio hábui, \*  
& legem tuam dilexi.

Adjútor & susceptor  
meus es tu, \* & in ver-  
bum tuum supersperávi.

Declináte á me, mali-  
gni; \* & scrutábor man-  
dáta Dei mei.

Súscipe me secundum  
elóquium tuum, & vi-  
vam, \* & non confun-  
das me ab expectatióne  
mea.

Adjuva me, & salvus  
ero, \* & meditábor in  
justificatióibus tuis sem-  
per.

Sprevisti omnes disce-  
dentes á judiciis tuis; \*  
quia injusta cogitatio eó-  
rum.

Prævaricantes reputá-  
vi omnes peccatóres ter-  
ræ; \* ideo dilexi testi-  
mónia tua.

Confíge timóre tuo  
carnes meas; \* á judiciis  
enim tuis tímui.

Feci judícium & justí-  
tiam, \* non tradas me  
calumniántibus me.

Súscipe servum tuum  
in bonum; \* non calum-  
nientur me superbi.

Oculi mei defecerunt  
in salutáre tuum, \* & in  
elóquium justítiae tuae.

Faç cum servo tuo  
secundum misericórdiam



tuam; \* & iustificaciones tuas doce me.

Servus tuus sum ego; \* da mihi intellectum ut sciam testimonia tua.

Tempus faciendi, Dómine: \* dissipaverunt legem tuam.

Ideò dilexi mandata tua \* super aurum & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigébar: \* omnem viam iniquam odio hábui.

*Ant.* Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam, Dómine.

*Capitulum. I. Paral. 29.*

**T**ua est, Dómine, magnificentia & potentia; tua est gloria: tu dominaris omnium; in manu tua magnitudo & imperium omnium.

*℞. brev.* Dómine Deus meus, \* Magnificatus es vehementer. *ψ.* Confessionem & decorem induisti. \* Magnificatus es vehementer. Glória Patri. *℞.* Dómine Deus. *Pf.* 103.

*ψ.* Afferte Dómino glóriam & honorem; *℞.* Afferte Dómino glóriam nómini ejus. *Pf.* 95.

*Oratio conveniens.*

A D N O N A M.

Deus, in adiutorium, &c.

*Hymnus.*

**R**ECÉDIT inclinans dies;

Sic vita præceps lábitur: Sanctus supernam júgiter Suspíret ardor pátriam.

DA, Christe, da tandem tuos

Cœli quiete pérfrui:

Fac, lucis usúræ brevi

Æterna succédât dies.

¶ ÆTERNE tu Verbi Pater,

Æterne Fili par Patri,

Et par utrique Spíritus,

Laudéris omni tēpore.

Amen.

*Ant. 4. E.* Appropinquet.

*Ex Psalmo 118.*

**M**irabilia testimonia tua; \* ideò scrutata est ea ánima mea.

Declaratio sermonum tuorum illúminat, \* & intellectum dat párvulis.

Os meum apéruí, & attraxi spíritum; \* quia mandata tua desiderábam.

Aspice in me, & miserere meí, \* secundum iudícium diligéntium nomen tuum.

Gréssus meos dirige secundum elóquium tuum; \* & non dominétur meí omnis injustitia.

Rédime me à calúmniis hóminum, \* ut custódiám mandata tua.

Faciem tuam illuminam  
super servum tuum, \* &  
loce me justificationes  
tuas.

Exitus aquarum dedu-  
xerunt oculi mei; \*  
quia non custodierunt le-  
gem tuam.

Iustus es, Domine, \* &  
rectum iudicium tuum.

Mandasti iustitiam tes-  
timonia tua, \* & veri-  
tatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus  
meus, \* quia obliti sunt  
verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum  
vehementer; \* & servus  
tuus dilexit illud.

Adolescens sum ego  
& contemptus: \* iusti-  
ficationes tuas non sum  
oblitus.

Iustitia tua iustitia in  
aeternum; \* & lex tua  
veritas.

Tribulatio & angustia  
invenierunt me: \* man-  
data tua meditatio mea  
est.

Aequitas testimonia tua  
in aeternum; \* intellectum  
da mihi, & vivam.

*Divisio Psalmi 118.*

**C**lamavi in toto corde  
meo, exaudi me, Do-  
mine; \* justificationes  
tuas requiram.

*Clamavi ad te, saluum*

me fac, \* ut custodiam  
mandata tua.

Præveni in maturitate,  
& clamavi; \* quia in  
verba tua supersperavi.

Prævenierunt oculi mei  
ad te diluculo, \* ut me-  
ditarer eloquia tua.

Vocem meam audi se-  
cundum misericordiam  
tuam, Domine; \* & se-  
cundum iudicium tuum  
vivifica me.

Appropinquaverunt per-  
sequentes me iniquitati; \*  
à lege autem tua longè  
facti sunt.

Propè es tu, Domine; \*  
& omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognovi de testi-  
moniis tuis; \* quia in  
aeternum fundasti ea.

Vide humilitatem  
meam, & eripe me; \*  
quia legem tuam non sum  
oblitus.

Judica iudicium meum,  
& redime me: \* propter  
eloquium tuum vivifica  
me.

Longè à peccatoribus  
salus; \* quia iusti-  
ficationes tuas non exquisie-  
runt.

Misericordiae tuæ, mul-  
tæ, Domine; \* secundum  
iudicium tuum vivifica  
me.

Multi qui persequuntur  
me, & tribulant me: \* à

testimóniis tuis non declinávi.

Vidi pręvaricantes, & tabescébam; \* quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua dilexi, Dómine; \* in misericórdia tua vivíficame.

Principium verbórum tuórum veritas: \* in æternum ómnia iudicia justítiz tuę.

*Altera divisio Psalmi 118.*

**P**ríncipes persecúti sunt me gratis; \* & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætabor ego super elóquia tua, \* sicut qui invénit spólia multa.

Iniquitatem ódio hábui & abominátus sum; \* legem autem tuam dilexi.

Séptiès in die laudem dixi tibi \* super iudicia justítiz tuę.

Pax multa diligéntibus legem tuam, \* & non est illis scándalum.

Expectábam salutare tuum, Dómine; \* & mandáta tua dilexi.

Custodívit ánima mea testimónia tua, \* & dilexit ea vehementer.

Servávi mandáta tua & testimónia tua, \* quia

omnes vię meę spectu tuo.

Appropinquet cátio mea in cætu tuo, Dómine: elóquium tuum intellectum.

Intret postulá in conspectu tuocundum elóquium éripe me.

Eructábunt lí hymnum, \* cum me justificatión

Pronuntiábit lí elóquium tuum ómnia mandáta .tas.

Fiat manus tu ver me, \* quóni dáta tua elégi.

Concupívi tuum, Dómine tua, meditátio n

Vivet ánima laudábit te; \* & tua adjuvábunt

Errávi sicut périit: \* quærituum, quia ma non sum oblítu

*Ant.* Appropi precátio mea in tuo, Dómine.

*Capitulum.* A

**S**edenti in th Agno, ben & honor, & g potestas in séc lórum.

Su- tuis: \* confrégit in die iræ  
t fú- suæ reges.  
ória Judicabit in nationibus,  
eus. implébit ruinas; \* con-  
are. quassabit capita in terra  
eus. multorum.

De torrente in via bi-  
ber; \* propterea exalta-  
bit caput.

Ant. Dixit Dominus  
Dómino meo: Sede à  
dextris meis.

Ant. 4. d. Fidélia.

S. *Psalmus 110.*

in, **C**onfitebor tibi, Dó-  
nus. mine, in toto corde  
meo, \* in concilio justó-  
rum & congregatióne.

Magna ópera Dómi-  
ni: \* exquisita in omnes  
le à voluntates ejus.

Confessio & magnifi-  
dum cência opus ejus; \* &  
justitia ejus manet in se-  
culum séculi.

Memóriam fecit mi-  
rabílium suorum miséri-  
cors & miserátor Dómi-  
nus: \* escam dedit timén-  
tibus se.

Memor erit in séculum  
testamenti sui: \* virtú-  
tem óperum suorum an-  
nuntiábit pópulo suo;

Ut det illis hæreditá-  
\* Tu tem gentium, \* ópera  
num mánuum ejus veritas &  
Mel- júdicium.

tris Fidélia ómnia mandata

ejus , confirmâta in sêculum sêculi , \* facta in veritate & æquitate.

Redemptiônem misit pópulo suo : \* mandâvit in æternum testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen ejus : \* incitium sapiëntiæ timor Dómini.

Intellectus bonus ómnibus faciëntibus eum : \* laudatio ejus manet in sêculum sêculi.

*Ant.* Fidélia ómnia mandâta ejus , confirmâta in sêculum sêculi.

*Ant.* 1. f. Qui timet Dóminum.

*Psalms* 111.

**B**eátus vir qui timet Dóminum ; \* in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus , \* generatio rectorum benedicetur.

Glória & divitiæ in domo ejus , \* & justitia ejus manet in sêculum sêculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis : \* misericors , & miserator , & justus.

Jucundus homo qui miseretur & commodat : disponet sermones suos in judicio ; \* quia in æternum non commovébitur.

In memoria æternus erit

justus : \* ab mala non timébit

Paratum cor rare in Dómino : matum est cor non commovét nec despiciat suos.

Dispersit , decibus : justitia ejus in sêculum sêculi : ejus exaltabitur :

Peccator vidétur scétur ; dentibus met & rabsctet : rium peccatorum

*Ant.* Qui timet num , in mandâto volet nimis.

*Ant.* 7. f. S. Dómini.

*Psalms* 1

**L**audate , pueri : \* laudem Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum , \* ex laude & usque in sêculum

A solis ortu occásum , \* laudem Dómini.

Excelsus super gentes Dóminus : per cœlos glóriatur

Quis sicut Deus noster qui habitat , \* & respicit in cœlis : terra &

ns à terra ino-  
& de stercore  
auperem ,  
locet eum cum  
is , \* cum prin-  
cipuli sui.  
bitare facit sté-  
omo , \* matrem  
letantem.  
nomen Dómini  
m, ex hoc nunc,  
n séculum.  
A. Nos qui

*Imus 113.*

Israël de Ægy-  
domus Jacob  
bárbaro ;  
Judæa sancti-  
is , \* Israël pos-

idit & fugit : \*  
conversus est re-

exultavérunt ut  
& colles sicut  
im.

st tibi , mare ,  
sti ; \* & tu Jor-  
ia conversus es  
?

, exultastis sicut  
& colles , sicut  
m ?

: Dómini mota  
\* à facie Dei

*vertit petram  
aquarum , \**

*G 2*

& rupem in fontes aquá-  
rum.

Non nobis , Dómine ,  
non nobis , \* sed nómini  
tuo da glóriam ,

Super misericórdia tua  
& veritate tua ; \* nequan-  
dò dicant gentes : Ubi est  
Deus eórum ?

Deus autem noster in  
cælo : \* ómnia quæcum-  
que vóluit , fecit.

Simulácula géntium ar-  
gentum & aurum , \* ópe-  
ra mánuum hóminum :

Os habent , & non lo-  
quentur ; \* óculos habent ,  
& non vidébunt :

Aures habent , & non  
aúdiunt ; \* nares habent ,  
& non odorábunt :

Manus habent , & non  
palpábunt ; pedes habent ,  
& non ambulábunt ; \* non  
clamábunt in gúture suo.

Símiles illis fiant qui  
fáciunt ea , \* & omnes  
qui confidunt in eis.

Domus Israël sperávit  
in Dómino : \* adjútor  
eórum & protector eórum  
est.

Domus Aaron sperávit  
in Dómino : \* adjútor  
eórum & protector eórum  
est.

Qui timent Dóminum ,  
speravérunt in Dómino ; \*  
adjútor eórum & prote-  
ctor eórum est.

Dóminus memor fuit  
nostrí, \* & benedixit  
nobis.

Benedixit dómui Is-  
raël, \* benedixit dómui  
Aaron.

Benedixit ómnibus qui  
timent Dóminum, \* pu-  
sillis cum majóribus.

Adjiciat Dóminus su-  
per vos, \* super vos &  
super filios vestros.

Benedícti vos à Dómi-  
no, \* qui fecit cælum &  
terram.

Cælum cæli Dómino: \*  
terram autem dedit filiis  
hóminum.

Nón mórtui laudábunt  
te, Dómine, \* neque om-  
nes qui descendunt in in-  
fernum:

Sed nos qui vívimus,  
benedícimus Dómino, \*  
ex hoc nunc, & usque in  
sæculum.

*Ant.* Nos qui vívimus,  
benedícimus Dómino.

*Capitulum. Ephes. 1.*

**B**enedíctus Deus, &  
Pater Dómini nostri  
Jesu Christi, qui benedi-  
xit nos in omni benedi-  
ctióne spirituáli in cælé-  
stibus in Christo, sicut  
élégit nos in ipso ante  
mundi constitutióem,  
ut essemus sancti & im-  
maculati in conspectu  
suis in caritaté.

*Hymn.*

**L**UCIS CŒ  
TER SANÉ

Deus

Qui purus, i  
Fons sanctitá

Nos qui  
sumus,  
Nos, ô Pate  
minis

Imáginem tu  
Quám pura  
cet!

TU sempe  
tibus

Testis vigil  
Scrutans rec  
Arcána præ

NOSTRA  
Cóndit

Mentes subi  
Omnémque

nis  
Accensa mu

SIC dig  
tuos

Mens ferre,  
stibus

Vinclis solú  
Tuo quiesc

ÆTERI  
Pater.

Æterne Fili  
Et par utriú

Laudéris or  
Amen

ψ. Excel  
nesgentes I

super cælo  
Pj. 112.

magnificat. *Antiphona in Proprio.*

*Antiphona B. M. V.*

*Luc. 1.*

magnificat \* anima  
in Dómino,  
et exaltávit spíritus  
in Deo salutári

et respexit humilitá-  
tillæ suæ : \* ecce  
hoc beátam me  
omnes generatió-

ecit mihi magna  
is est ; \* & san-  
men ejus :

ericórdia ejus à  
in progénies \*  
us eum.

otentiam in brá-  
: \* disperit su-  
ente cordis sui.

uit potentes de  
& exaltávit hú-

ntes implévit bo-  
& dívites dimisit

it Israël púerum  
recordátus mi-  
iæ suæ ;

ocúrus est ad pa-  
ros , \* Abraham  
i ejus in sécula.

*Antiphona dicitur Antiphona Oratio conve-*

*Postea, si qua occurrit  
Commemoratio, fit hoc  
loco, ut dictum est supra  
in fine Laudum, pag. 57.*

*Si Completorium non  
sequitur, submissa voce  
dicitur Fidelium ani-  
mæ, &c. denique Pater.*  
AD COMPLETORIUM.

Pater, Ave. *secretò.*

**C**onverte nos, Deus sa-  
lutáris noster ; &c. Et  
averte iram tuam à no-  
bis. *Psf. 84.*

Deus, in adiutorium,  
&c.

*Ant. 8. g. In pace, nisi  
aliter noxetur.*

*Psalms 4.*

**C**um invocárem, exau-  
dívit me Deus iustitiæ  
meæ : \* in tribulatióne  
dilatasti mihi.

Miserere mei, \* & exau-  
di orationem meam.

Filii hóminum, usque-  
quò gravi corde ? \* ut  
quid diligitis vanitá-  
tem, & quæritis men-  
dácium ?

Et scitote quóniam mi-  
rificávit Dóminus San-  
ctum suum : \* Dóminus  
exáudiet me, cum clamá-  
vero ad eum.

Irascimini, & nolite pec-  
cáre : \* quæ dicitis in cor-  
dibus vestris, in cubilibus  
vestris compungimini.

**Sacrificáte sacrificium**



justitiæ, & sperâte in Dô-  
mino : \* multi dicunt :  
Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos  
lumen vultûs tui, Dômi-  
ne : \* dedisti lætitiâ in  
corde meo.

A fructu frumenti, vini  
& olei sui \* multiplicati  
sunt.

In pace in idipsum \*  
dormiam & requiescam.

Quoniam tu, Dômine,  
singulâriter in spe \* con-  
stituisti me.

*Psalmus 90.*

**Q**ui hâbitat in adju-  
torio Altissimi, \*  
in protectiône Dei cœli  
commorâbitur.

Dicet Dômino: Susce-  
ptor meus es tu, & re-  
fugium meum : \* Deus  
meus, sperâbo in eum.

Quoniam ipse liberâ-  
vit me de laqueo ve-  
nantium, \* & à verbo  
âspero.

Scâpulis suis obumbrâ-  
bit tibi ; \* & sub pennis  
ejus sperâbis.

Scuto circumdabit te  
vêritas ejus : \* non timé-  
bis à timóre nocturno,

A sagitta volante in  
die, à negotio perambu-  
lante in ténébris, \* ab  
incurso & dæmónio me-  
ridiâno.

Cadent à latere tuo

mille, & decen-  
dextris tuis ;  
autem non app-  
bit.

Verûmtamen  
considerâbis, \*  
butiônem peccâ-  
dêbis.

Quoniam, I-  
mine, spes m-  
tissimum posu-  
gium tuum.

Non accêdet  
lum ; \* & flag-  
appropinquâbit  
culo tuo.

Quoniam A-  
mandâvit de-  
custôdiant te i-  
viis tuis.

In mânibus  
te, \* ne fortè o-  
lâpidem peder-

Super âspide  
liscum ambulâ-  
conculcâbis l-  
dracônem.

Quoniam i-  
râvit, liberâ-  
prôtegâ eum  
niam cognôv-  
meum.

Clamâbit ad  
exâudiam eum  
ipso sum in tri-  
erípam eum,  
câbo eum.

Longitudin-  
replêbo eum,  
dam illi salutâ-

*Psalmus 133.*

**E**cce nunc benedicite  
Dóminum, \* omnes  
servi Dómini;

Qui statis in domo Dó-  
mini, \* in átriiis domús  
Dei nostri.

In noctibus extollite  
manus vestras in sancta, \*  
& benedicite Dóminum.

Benedicite te Dóminus  
ex Sion, \* qui fecit cœ-  
lum & terram.

*Ant.* In pace in idipsum  
dormiam & requiescam.

*Hymnus.*

**D**eus Creator ómnium,  
Grates peracto jam  
die,

Et noctis exortu preces  
Domi tibi persolvimus.

QUOD longa peccávit  
dies

Nocturnus explet dolor;  
Nec per sopórem nos finas  
Hostis patere fraudibus.

INFESTUS usque circuit,  
Querens leo quem devo-  
ret;

Imbrántibus tuos, Pater  
latos sub alis prótege.

O quando lucefecit tuus  
ut nescit occásus dies!  
quando te perénriter  
tábumus, laudábimus!

TE RE tu Verbi Pater,  
me Fili par Patri,  
ut utrique Spíritus,  
leris omni tēpore.  
Amen.

*Capitulum. I. Theff. 5.*

**O**mnes vos filii lucis  
estis, & filii diéi.  
Non sumus noctis neque  
tenebrárum; igitur non  
dormiamus sicut & ceteri;  
sed vigilemus, & só-  
brii simus.

*ꝫ. br.* In manus tuas,  
Dómine, \* Commendo  
spíritum meum. *ꝫ.* Rede-  
misti me, Dómine Deus  
veritátis. \* Commendo  
spíritum meum. Glória  
Patri, & Filio, & Spíritui  
sancto. *ꝫ.* In manus tuas,  
Dómine, \* Commendo  
spíritum meum. *Pf. 30.*

*ꝫ.* Custódi me, Dómi-  
ne, ut pupillam óculi;  
*ꝫ.* Sub umbra alárum tuá-  
rum prótege me. *Pf. 16.*

*Ad Nunc dimittis, nisi  
aliter notetur in Proprio.*  
*Ant. 3. c. Salva nos.*

*Canticum Simeonis. Luc. 2.*  
**N**unc dimittis servum  
tuum, Dómine, \*  
secundum verbum tuum  
in pace;

Quia vidérunt óculi  
me i\* salutáre tuum,

Quod parasti \* ante  
fáciem ómnium populó-  
rum;

Lumen ad revelatióne  
géntium, \* & glóriam  
plebis tuæ Israël.

*Ant.* Salva nos, Dó-  
mine, vigilantes; custódi

30 *Dominicâ , ad Completorium.*

nos dormientes ; ut vigilemus cum Christo , & requiescâmus in pace.

ÿ. Dôminus vobiscum ;  
R. Et cum spîritu tuo.

Orémus.

**V**isita, quæsumus, Dômine, habitâtionem nostram, & omnes insidias inimîci ab ea longè repelle : Angeli tui sancti habitent in ea, qui nos in pace custôdiant ; & benedictio tua sit super nos semper ; Per Dôminum nostrum, &c.

ÿ. Dôminus vobiscum ;  
R. Et cum spîritu tuo.

ÿ. Benedicâmus Dômino. R. Deo grâtiâs.

*Deinde submissiori voce dicitur : Grâtiâ Dômini nostri Jesu Christi, & caritas Dei, & communicatio sancti Spîritus sit cum omnibus nobis. II. Cor. 13.*  
R. Amen.

Fidélium ânimæ, &c.

*Posteâ dicitur Antiphona de Beata Maria Virgine, cum ÿ. & Orat. ut nabetur ad calcem Psalterii.*

*Finitâ Oratione, dicitur ÿ. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.*  
R. Amen.

*Deinde secretò, Pater, Ave, & Credo.*

**FERIA SECUNDA  
AD LAUDES.**

Deus, in adiutorium.

An. 5. 2. Fecit terram  
*Psalmus 118.*

**C**œli enarrant glóriam Dei, \* & òpera manuum ejus annuntiant firmiter mamentum.

Dies dièi eructat verbum, \* & nox nocti in dicat sciéntiam.

Non sunt loquela, neque sermões, \* quorum non audiantur voces eòrum.

In omnem terram exiv. sonus eòrum, \* & in finibus orbis terræ verba eòrum.

In sole pòsuit tabernaculum suum ; \* & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultavit ut gigas accurrendam viam ; \* à summo cœlo egressio ejus,

Et occursum ejus usque ad summum ejus : \* non est qui se abscondat à cœlo ejus.

Lex Dômini immaculata, convertens animas : \* testimónium Dômini fidèle, sapientia præstans parvulis.

Justitiæ Dômini recta lætificantes corda ; \* preceptum Dômini lucidum illuminans oculos.

Timor Dômini sanctus permanens in seculum.

judicia Dómini  
justificata in se-

lerabilia super au-  
lápídem pretiós-  
ulúm ; \* & dul-  
per mel & favum.  
im servus tuus cu-  
ea ; \* in custo-  
illis retribúcio

a quis intélligit ? \*  
ultris meis munda  
c ab aliénis parce  
uo.

ei non fuerint do-  
tunc immaculátus  
& emundábor à  
máximo.

int ut compláceant  
pris mei ; \* & me-  
cordis mei in con-  
uo semper.

ne, adjútor meus \*  
mptor meus.

*Psalmis . 135.*

fitémini Dómino ,  
óniam bonus , \*  
m in æternum mi-  
dia ejus.

fitémini Deo deb-  
óniam in æter-  
uifericórdia ejus.

fitémini Dómino  
órum ; \* quóniam  
rnum misericórdia

facit mirabilia  
i solus ; \* quóniam  
rnum misericórdia

Qui fecit cœlos in in-  
tellectu ; \* quóniam in  
æternum misericórdia  
ejus.

Qui firmávit terram  
super aquas ; \* quóniam  
in æternum misericórdia  
ejus.

Qui fecit luminária ma-  
gna ; \* quóniam in æter-  
num misericórdia ejus.

Solem in potestátem  
diéi ; \* quóniam in æter-  
num misericórdia ejus.

Lunam & stellas in po-  
testátem noctis ; \* quón-  
niam in æternum miseri-  
córdia ejus.

*Divisio Psalmi 135.*

[ **C**onfitémini Dómino,  
quóniam bonus , \*  
quóniam in æternum mi-  
sericórdia ejus. ]

Qui percussit Ægyptum  
cum primogénitis eó-  
rum ; \* quóniam in æter-  
num misericórdia ejus.

Qui eduxit Israël de  
medio eórum , \* quóniam  
in æternum misericórdia  
ejus.

In manu potenti &  
bráchio excelsó , \* quón-  
niam in æternum miseri-  
córdia ejus.

Qui divisit mare ru-  
brum in divisiónes ; \* quón-  
niam in æternum miseri-  
córdia ejus.

Et eduxit Israël per mé-  
dium ejus ; \* quóniam

in æternum misericórdia ejus.

Et excussit Pharaónem & virtutem ejus in mari rubro; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Qui traduxit pópulum suum per desertum; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Qui percussit reges magnos; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et occidit reges fortes; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Sehon regem Amorrhæorum; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et Og regem Basan; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et dedit terram eórum hæreditatem; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Hæreditatem Israël seruo suo; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Quia in humilitate nostra memor fuit nostri; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Et redemit nos ab inimicis nostris; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Qui dat escam omni carni; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

*Confitémini Deo cæ-*

li; \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum, \* quóniam in æternum misericórdia ejus.

*Canticum Annæ. I. Reg. 2.*

**E**xultávit cor meum in Dómino, \* & exaltatum est cornu meum in Deo meo.

Dilatatum est os meum super inimicos meos; \* quia lætata sum in salutari tuo.

Non est sanctus ut est Dóminus; neque enim est álius extra te, \* & non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia, \* gloriantes.

Recédant vétera de ore vestro; \* quia Deus scientiarum Dóminus est, & ipsi præparantur cogitationes.

Arcus fórtium superatus est, \* & infirmi accincti sunt robore.

Repléti prius, pro pámbus se locaverunt, \* & famélici saturati sunt;

Donec stérilis péperit plúrimos, \* & quæ multos habébat filios, infirmata est.

Dóminus mortificat, & vivificat; \* dedúcit ad inferos, & redúcit.

Dóminus paúperem facit, & ditat; \* humiliat, & súblevat.

súscitat de púlvere egé-  
m, \* & de stercore ele-  
r paúperem ;

Ut sedeat cum princí-  
bus, \* & sólium glóriz  
seat.

Dómini enim sunt cár-  
nes terræ, \* & pósuit  
per eos orbem.

sedes sanctorum suorum  
vabit, & impii in téné-  
is conticescent ; \* quia  
in in fortitúdine sua ro-  
cabitur vir.

Dominum formidábunt  
versarii ejus, \* & super  
fos in cœlis tonábit.

Dominus judicábit fines  
terre, \* & dabit impé-  
m regi suo, & subli-  
cabit cornu Christi sui.

*Psalms 148.*

Laudáte Dóminum, de  
cœlis, \* laudáte eum  
in excelsis.

Laudáte eum, omnes  
angeli ejus ; \* laudáte  
eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, sol & lu-  
na ; \* laudáte eum, omnes  
stellæ & lumen.

Laudáte eum, cœli cœ-  
rum ; \* & aquæ omnes  
quæ super cœlos sunt,  
laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, & facta  
sunt : \* ipse mandávit, &  
facta sunt.

Statuit ea in æternum,  
in séculum séculi : \*

præceptum pósuit, & non  
præteríbit.

Laudáte Dóminum, de  
terra, \* dracones, &  
omnes abyssi ;

Ignis, grando, nix,  
glácies, spíritus procel-  
larum, \* quæ faciunt  
verbum ejus ;

Montes, & omnes col-  
les ; \* ligna fructífera, &  
omnes cedri ;

Béstia, & universa pé-  
cora ; \* serpentes, & vó-  
lucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes  
pópuli ; \* príncipes, &  
omnes júdices terræ ;

Júvenes & vírgines, se-  
nes cum junióribus, lau-  
dent nomen Dómini ; \*  
quia exaltátum est nomen  
ejus solús.

Conféssio ejus super  
cœlum & terram ; \* &  
exaltávit cornu pópuli  
sui.

Hymnus ómnibus san-  
ctis ejus, \* fíliis Israël,  
pópulo appropinquanti  
sibi.

*Ant.* Fecit terram in  
fortitúdine sua ; præpa-  
rávit orbem in sapiéntia  
sua. *Jerem. 51.*

*Capitulum. Rom. 1.*

**I**nvisibília Dei à creatú-  
ra mundi, per ea quæ  
facta sunt, intellectu con-  
spiciuntur ; sempiterna

quoque ejus virtus & divinitas.

*Hymnus.*

**D**E O loquente, proutinùs  
Cedunt tenèbræ, fit dies;  
Et spléndidæ cœlo faces  
Noctem diémque dividunt.

STAT terra: currunt  
flúmina,  
Quæ fundit iménsurum  
mare:

Velantur astra núbibus,  
Subsistit unda pénsilis.

HERBÆ virentis tégmine  
Vestita tellus píngitur:  
Lætis onustæ frúctibus  
Parsim renídent árbores.

LEVES in imo gúrgite  
Repentè pisces innatant:  
Feruntur ad cœlos aves;  
Vagantur in silvis feræ.

HOMO créatus náscitur,  
Spirans imágo núminis:  
Terrestre córporis lutum  
Cœlestis afflat spíritus.

O Numen! ô mundi  
Pater!  
Volendo quid non éfficis?  
Tuæ, Deus, poténtiæ  
Mundum créare ludus est.

ORBEM potenter qui  
creas,  
Tibi, Pater, cum Fílio,  
Almo simul cum Spírítu,  
Sit summa laus in sécula.

Amen.

† Deus noster in cœlo;

†. Omnia q  
vóluit, fecit.

*Ad Bened.*

Dignus es, Dó  
nolter, accíper  
quia tu creasti  
propter volunt  
creata sunt. A

*Preces & Si  
dicantur, hab  
ad calcem Psa*

*Oratio, qua  
non assignatur  
Dominica præ  
sic in aliis Feri*

**A D P R I**

Pater, Ave

Deus, in ad

*Hymnus, Jan  
sídere, ad calc  
rii; & sic in c*

*Ant. 8. g. Cr  
Psalms*

**D**eus sterit i  
dio autem deo:

Usquequò ju  
quitatem, \*  
peccatórum sú

Judicáte eg  
pillo: \* húmil  
perem justificé

Eripite paúp  
egéium de m  
tòris liberáte.

Nesciérunt,  
tellexérunt, i  
ámbulant: \*

tur ómnia fi  
terræ.

Ego dixi : Dii estis , \*  
& filii Excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini , \* & sicut unus de principibus cadetis.

Surge , Deus , iudica terram ; \* quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

*Psalms 89.*

**D**omine , refugium factus es nobis , \* a generatione in generationem.

Priusquam montes fierent , aut forinaretur terra & orbis ; \* a seculo & usque in seculum tu es Deus.

Ne avertas hominem in humilitatem ; \* & dixisti : Convertimini , filii hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos , \* tanquam dies hesternae quae praeteriit ,

Et custodia in nocte : \* quae pro nihilo habentur , eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat , mane floreat & transeat ; \* vesperum decidat , induret & arescat.

Quia defecimus in ira tua , \* & in furore tuo turbati sumus.

Potivisti iniquitates nostras in conspectu tuo , \*

*Festiva. H \**

seculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt , \* & in ira tua defecimus.

Anni nostri sicut aranea meditantur : \* dies annorum nostrorum , in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentatibus , octoginta anni ; \* & amplius eorum labor & dolor.

Quoniam supervenit mansuetudo , \* & corripiemur.

Quis novit potestatem irae tuae , \* & praetimore tuo iram tuam dinumerare ?

Dexteram tuam sic notam fac , \* & eruditos corde in sapientia.

*Divisio Psalmi 89.*

**C**onvertere , Domine : Cuiusque quod \* & deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus misericordia tua ; \* & exultavimus , & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Lati sumus pro diebus quibus nos humiliasti , \* annis quibus vidimus mala.

Respice in servos tuos , & in opera tua , \* & dirige silios eorum.



Et sit splendor Domini Dei nostri super nos : \* & opera manuum nostrarum dirige super nos , & opus manuum nostrarum dirige.

*Ant.* Creavit Deus hominem ; ad similitudinem Dei fecit illum. Masculum & feminam creavit eos , & benedixit illis. *Gen. 5.*

*Capitulum , r. br. & Preces , quando dicende sunt , habentur infra ad calcem Psalterii ; & sic in aliis Feriis.*

AD TERTIAM.

Deus , in adiutorium.

*Hymnus , O fons amoris , ad calcem Psalterii ; & sic in aliis Feriis.*

*Ant. 7. 5. Disciplinã.*

*Psalms 73.*

**U**t quid , Deus , repulisti in finem ; \* iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ ?

Memor esto congregationis tuæ , \* quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuæ : \* mons Sion , in quo habitasti in eo.

Leva manus tuas in superbias eorum in finem ; \* quanta malignatus est inimicus in sancto !

Et gloriati sunt qui odé-

runt te , \* in medio solemnitatis tuæ.

Posuerunt signa sua , signa ; \* & non cognoverunt , sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum ; \* in securi & ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni sanctuarium tuum , \* in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul : \* Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vidimus ; jam non est propheta ; \* & nos non cognoscet amplius.

Usquequò , Deus , improperabit inimicus ; \* iritat adversarius nomen tuum in finem ?

Ut quid avertis manum tuam & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem ?

Deus autem Rex nostre ante secula , \* operatus est salutem in medio terræ.

*Divisio Psalmi 73.*

**T**u confirmasti in virtute tua mare , \* conturbasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis, \* dedisti eum escam pópulis Æthiopyum.

Tu dirupisti fontes & torrentes, \* tu siccasti fluyios Eban.

Tuus est dies, & tua est nox: \* tu fabricatus es auroram & solem.

Tu fecisti omnes terminos terre: \* æstatem & ver tu psalmasti ea.

Memor esto hujus, inimicus improperavit Dómino, \* & pópulus insipiens incitavit nomen tuum.

Ne tradas béstis animas consuetas tibi; \* & salvas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Réspice in testamentum tuum; \* quia repléti sunt qui obscurati sunt terre, ómnibus iniquitatum.

Ne avertatur húmilis sedus confusus: \* pauper & inops laudabunt nomen tuum.

Exurge, Deus, júdica causam tuam: \* memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimicorum tuorum: \* superbia eorum qui te odunt, ascendit semper.

H 2

*Psalmus 95.*

Cantate Dómino canticum novum, \* cantate Dómino, omni terra.

Cantate Dómino, & benedicite nómini ejus: \* annuntiáte de die in diem salutare ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, \* in ómnibus pópulis mirabilia ejus.

Quóniam magnus Dóminus & laudabilis nimis; \* terribilis est super omnes deos.

Quóniam omnes diæ gentium dæmónia; \* Dóminus autem cælos fecit.

Confessio & pulchritudo in conspectu ejus; \* sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, patriæ gentium, afferte Dómino glóriam & honorem; \* afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus; \* adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus universa terra: \* dicite in gentibus, quia Dóminus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur; \* judicabit pópulos in æquitate.

Latentur cœli, & exultet terra; commoveatur mare, & plenitudo ejus: \* gaudébunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt omnia ligna silvârûm à facie Dómini, quia venit; \* quóniam venit judicâre terram.

Judicâbit orbem terræ in æquitate, \* & pópulos in veritate sua.

*Ant.* Disciplinâ intellectûs replévit illos, ut nomen sanctificatiónis colaudent. *Eccli.* 17.

*Capitulum. Eccli.* 18.

**Q**ui vivit in æternum, creávit omnia simul. Quis sufficit enarrâre ópera illius? quis enim investigábit magnalia ejus?

*ꝛ. br.* Scitôte \* Quóniam Dóminus ipse est Deus. *ꝑ.* Ipse fecit nos, & non ipsi nos. \* Quóniam ipse est Deus. Glória. *ꝛ.* Scitôte. *Pf.* 99.

*ꝑ.* Dómine, misericórdia tua in séculum; *ꝛ.* Opera mánuum tuarum ne despicias. *Pf.* 137.

*Preces, si dicendæ sunt, habentur infra ad calcem Psalterii.*

*Oratio conveniens.*

A D S E X T A M.

Deus, in adjutórium.

*Hymnus, Jam solis,*

*ad calcem Psalterii; & in aliis Feriis.*

*Ant.* 2. D. Vidit D. *Psalms* 91.

**B**onum est confidere nómini tuo, *Alme:*

Ad annuntiandum nẽ misericórdiam tuam & veritatem tuam noctem,

In decachordo psalterio, \* cum cántico cithara.

Quia delectasti me, mine, in factúra tua & in opéribus mánuum tuarum exultábo.

*Divisio Psalmi 9*  
**Q**uam magnif sunt ópera tua, mine! \* nimis profusa factæ sunt cogitati tuæ.

Vir insípiens non gnoscet, \* & stultus intélliget hæc.

Cum exorti fuerint catóres sicut fœnum & apparuerint omnes operantur iniquitatem.

Ut intéreant in finem sæculi; \* tu autem Altíssimus in æternum Dómine.

Quóniam ecce inimici tui, Dómine: & iniquitatem tuam ecce inimici tui ibunt; \* & disperge

qui operantur inim.

xaltabitur sicut unicoruu meum, \* & is mea in miseri-  
uberi.

spexit oculus meus os meos; \* & in lacribus in me matibus audiet auris

us ut palma flore-  
sicut cedrus Libani  
dicabitur.

nati in domo Do-  
\* in atriiis domus  
ostri florebut.

Clamaverunt justí, &  
Dóminus exaudivit eos; \*  
& ex omnibus tribulatió-  
nibus eórum liberávit  
eos.

Juxtã est Dóminus iis  
qui tribulãto sunt corde, \*  
& húmiles spírítu salvá-  
bit.

Multæ tribulatiónes ju-  
stórum; \* & de omnibus  
his liberábit eos Dómi-  
nus.

Custódit Dóminus óm-  
nia ossã eórum; \* unã  
ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssi-  
mã, \* & qui odérunt ju-  
stum, delinquent.

Rédimet Dóminus áni-  
mas servórum suórum; \*  
& non delinquent omnes  
qui sperant in eo.

*Ant.* Hómo sensátus  
credit legi Dei; & lex  
illi fidélis. *Eccli.* 33.

A D T E R T I A M.

*Ant.* 4. A. Mélior est.

*Psalmus* 28.

**A**fferte Dómino; filií  
Dei, \* afferte Dó-  
mino filios arietum.

Afferte Dómino gló-  
riã & honórem, affer-  
te Dómino glóriã nó-  
mini ejus: \* adoráte  
Dóminum in átrio sancto  
ejus.

Vox Dómini super  
aquas : Deus majestatis  
intónuit , \* Dóminus su-  
per aquas multas.

Vox Dómini in virtú-  
te , \* vox Dómini in  
magnificéntia.

Vox Dómini confrin-  
gentis cedros ; \* & con-  
fringet Dóminus cedros  
Líbani.

Et commínuet eas tan-  
quam vitulum Líbani ; \*  
& dilectus quemádmó-  
dum filius unicórnium.

Vox Dómini interciden-  
tis flammam ignis : \* vox  
Dómini concutientis de-  
sertum ; & commovébit  
Dóminus desertum Cades.

Vox Domini præparan-  
tis cervos ; & revelábit  
condensa : \* & in templo  
ejus omnes dicent gló-  
riam.

Dóminus dilúvium in-  
habitáre facit , \* & sedé-  
bit Dóminus Rex in æter-  
num.

Dóminus virtútem pó-  
pulo suo dabit : \* Dómi-  
nus benedícet pópulo suo  
in pace.

*Psalms 49.*

**D**eus deórum Dómi-  
nus locúrus est , \* &  
vocávit terram ,

A solis ortu usque ad  
occásum : \* ex Siôn spé-  
cies decóris ejus.

Deus mani-  
niet : \* Deus  
non silébit.

Ignis in conf-  
exardescet , \* &  
tu ejus tempesta

Advocábit c-  
lursum , \* & ac-  
cérnere pópulan

Congregáte i-  
ejus , \* qui órd-  
stamentum ejus  
crificia.

Et annuntiá-  
justitiam ejus , \*  
Deus judex est.

*Divisio Psal*

**A**udi , pópu-  
& loquar ;  
testificábor tibi

Deus tuus ego :  
Non in sacri-  
árguam te ; \* h-

autem tua in  
meo sunt sempe

Non accípiam  
tua vitulos , \*  
grégibus tuis hi

Quóniam n-  
omnes feræ silv-  
jumenta in mó-  
boves.

Cognóvi óm-  
tília cœli ; \* & p-  
do agri mecum

Si esuriero , m-  
tibi ; \* meus

orbis terræ & j-  
ejus.  
Numquid au-

isórum ; \* aut  
n hircórum por-

a Deo sacrifici-  
lis , \* & redde  
vota tua.

oca me in die  
nis : \* éruam  
nóricábis me.

iri autem dixit  
quare tu enarras  
teas , & asúm-  
um meum per

odisti discipli-  
k projecisti fer-  
eos retrorsum.

bas furem , cur-  
eo ; \* & cum  
ortiónem tuam

abundávit ma-  
lingua tua con-  
dolos.

adversus fra-  
m loquebáris ,  
sús filium ma-  
onébas scánda-  
ræc fecisti , &

isti iniqué quòd  
nilis : \* arguam  
tuam contra fá-  
n.

ite hæc , qui  
ini Deum : \*  
rápiat , & non  
ipiat.

ium laudis ho-  
t me ; \* & illic

iter , quo ostendam illi  
salutare Dei.

*Ant.* Mélior est obe-  
diéntia quàm víctimæ.  
*I. Reg. 15.*

*Capitulum. Proverb. 4.*  
**N**e recédant eloquia  
Dómini ab óculis  
tuis ; custódi ea in médio  
cordis tui : vita enim sunt  
inveniéntibus ea , & uni-  
versæ carni sánitas.

*R. br.* Beáti \* Imma-  
culáti in via. *ψ.* Qui ám-  
bulant in lege Dómini. \*  
Immaculáti in via. Gló-  
ria. *R.* Beáti.

*ψ.* Pax multa diligen-  
tibus legem tuam , Dó-  
mine ; *R.* Et non est illis  
scándalum. *Psf. 118.*

A D S E X T A M.

*Ant. 2. D.* Nihil dúl-  
cius.

*Psalms 48.*

**A**udíte hæc , omnes  
gentes : \* aúribus  
percípíte , omnes qui ha-  
bitátis orbem ;

Quique terrigenæ , &  
fílii hóminum , \* simul  
in unum dives & pauper.

Os meum loquétur sa-  
piéntiam , \* & meditatio  
cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábola  
aurem meam : \* apériam  
in psalterio propositi-  
onem meam.

Cur timébo in die ma-

la? \* iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Qui confidunt in virtute sua; \* & in multitudine divitiarum suarum gloriantur.

Frater non redimit, redimet homo: \* non dabit Deo placationem suam,

Et pretium redemptionis anime sue: \* & laborabit in æternum, & vivet adhuc in finem.

Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes: \* simul insipiens & stultus peribunt.

Et relinquent alienis divitias suas; \* & sepulcra eorum domus illorum in æternum.

Tabernacula eorum in progenie & progenie: \* vocaverunt nomina sua in terris suis.

Et homo, cum in honore esset, non intellexit: \* comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Hæc via illorum scandalum ipsis: \* & postea in ore suo complacébunt.

Sicut oves in inferno positi sunt; \* mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum iusti in matutino; \* & auxilium eorum veter-

ascet in inferos eorum.

Verumtar dimet animam manu inferi cepit me.

*Divisio 1*

**N**e timeas ves factum, \* & cuncta fuerit ejus.

Quoniam ierit, non nia, \* neque cum eo gloria.

Quia animus ipsius benedictus tibi fuerit ei.

Introibit in genios patrum & usque in videt lum.

Homo, cum esset, non comparatus insipientibus factus est i-

*Psalms*

**D**ixit ins de suo Deus.

Corrupti minabiles f iniquitatibus qui faciat b

Deus de c super filios

si est intelligens,  
rens Deum.

declinaverunt,  
iles facti sunt: \*  
ut faciat bonum,  
sque ad unum.  
cient omnes qui  
: iniquitatem, \*  
orant plebem  
cibum panis?  
non invocave-  
illuc trepidave-  
re, ubi non erat

um Deus diffi-  
eorum qui ho-  
ilacant; \* con-  
quoniam Deus  
s.

abit ex Sion sa-  
iel? \* cum con-  
Deus captivita-  
s suae, exulta-  
, & letabitur

Nihil dulcius  
picere in man-  
nini. *Eccli. 23.*  
*m. I. Joann. 5.*  
t caritas Dei, ut  
data ejus custo-  
& mandata ejus  
on sunt.

ve. Quam dulcia  
meis \* Eloquia  
nine! *ps. Super*  
*neo. \* Eloquia*  
*imine. Gloria.*  
*1 dulcia. Pj. 118.*  
*istitia Domini*  
*iva. & \**

rectae, r. Latificantes  
corda. *Pj. 18.*

AD NONAM.  
*Ant. 8. d. Contortamini.*  
*Psalms 72.*

Quam bonus Israel  
Deus, \* his qui recto  
sunt corde!

Mei autem penes morti  
sunt pedes, \* penes effusi  
sunt gressus mei.

Quia zelavi super in-  
quos, \* pacem peccato-  
rum videns.

Quia non est respectus  
morti eorum, \* & firma-  
mentum in plaga eorum.

In labore hominum  
non sunt, \* & cum ho-  
minibus non flagellabun-  
tur.

Ideo tenuit eos super-  
bia; \* operati sunt iniqui-  
tate & impietate sua.

Prodiit quasi ex adipem  
iniquitas eorum: \* trans-  
ierunt in affectum cordis.

Cogitaverunt & locuti  
sunt nequitiam: \* in-  
quitatem in excelsis lo-  
cuti sunt.

Posuerunt in caelum os  
suum, \* & lingua eorum  
transivit in terra.

Ideo convertetur popu-  
lus meus hic, \* & dies ple-  
ni invenientur in eis.

Et dixerunt: Quomo-  
do scit Deus? \* &, Sicut  
scientia in Excelsis?



Ecce ipsi peccatores, & abundantes in seculo, \* obtinuerunt divitias.

Et dixi : Ergo sine causa justificavi cor meum, \* & lavi inter innocentes manus meas :

Et fui flagellatus tota die, \* & castigatio mea in maturinis.

Si dicebam : Narrabo sic : \* ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.

Existimabam ut cognoscerem hoc ; \* labor est ante me ,

Donec intrem in sanctuarium Dei , \* & intelligam in novissimis eorum.

Veruntamen propter dolos posuisti eis : \* dejecisti eos dum allevarentur.

Quomodo facti sunt in desolationem ! subito defecerunt ; \* perierunt propter iniquitatem suam.

Velut somnium surgentium , Domine , \* in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor meum , & renes mei commutati sunt : \* & ego ad nihilum redactus sum, & nescivi.

Ut jumentum factus

sum apud te semper tecum

*Divisio P.*

**T**enuisti in terram in voluntate tu me , \* & cuncepisti me.

Quid enim celo ? \* & a lui super terram

Defecit car meum : \* mei , & pars in aeternum.

Quia ecce c se a te , perit didisti omne cantur abs te.

Mihi autem Deo bonum e in Domino meam ;

Ut annunt praedicatione portis iherusalem

*Psalms*

**C**onfitebitur Deus : mur , & invocamen tuum : mirabilia tua

Cum accipus , \* ego dicabo.

Liquefacta & omnes qui ea : \* ego cor lumnas ejus.

Dixi iniqui

ste \* & delin-  
 , Nolite exal-

xtollere in al-  
 a vestrum : \*  
 qui adversus  
 iustitiam.

equae ab oriente  
 occidente, neque  
 ; montibus ; \*

Deus iudex est.  
 insiliat, & hunc  
 quia calix in  
 mini vini meri  
 luto.

inavit ex hoc in  
 rumentamen fax  
 et exinanita ; \*  
 omnes peccatores

et annuntiabo  
 n : \* cantabo  
 b.

et cornua pec-  
 confringam ; \*  
 buntur cornua

Confortamini ,  
 et agite in lege ,  
 psal. gloriose eri-  
 ach. 2.

m. Hebr. 12.  
 stis ad Sion  
 item , & testa-  
 vi mediatorem  
 videte ne recu-  
 sentem.

Utinam \* Diri-  
 iae meae , y. Ad  
 iudaei iustificatio-  
 K 2

nes tuas ! \* Dirigantur  
 viae meae. Gloria. y. Uti-  
 nam.

y. Laetabor ego super  
 eloquia tua , x. Sicut  
 qui invenit spolia multa.  
 Ps. 118.

## AD VESPERAS.

Ant. 5. a. Diliges Dó-  
 minum.

Psalmus 127.

**B**eati omnes qui timent  
 Dóminum, \* qui am-  
 bulant in viis eius.

Labores manuum tuarum  
 quia manducabis, \*  
 beatus es, & bene tibi  
 erit.

Uxor tua sicut vitis  
 abundans \* in lateribus  
 domus tuae.

Filii tui sicut novellae  
 olivarum \* in circuitu  
 mensae tuae.

Ecce sic benedicetur  
 homo, \* qui timet Dó-  
 minum.

Benedicat tibi Dómi-  
 nus ex Sion ; \* & videas  
 bona Ierusalem omnibus  
 diebus vitae tuae.

Et videas filios filio-  
 rum tuorum, \* pacem  
 super Israël.

Psalmus 130.

**D**ómine, non est exal-  
 tatum cor meum ; \*  
 neque elati sunt oculi  
 mei.

Neque ambulavi in

magnis , \* neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam , \* sed exaltavi animam meam ;

Sicut ablactatus est super matre sua , \* ita retributio in anima mea.

Speret Israël in Dómino \* ex hoc nunc , & usque in sèculum.

*Psalms 144.*

**E**xaltábo te , Deus meus Rex , \* & benedicam nóm̄ini tuo in sèculum , & in sèculum sèculi.

Per singulos dies benedicam tibi ; \* & laudábo nomen tuum in sèculum , & in sèculum sèculi.

Magnus Dóminus , & laudábilis nimis , \* & magnitúdinis ejus non est finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua , \* & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquentur , \* & mirabilia tua narrábunt.

Et virtútem terríbilium tuórum dicent , \* & magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundantiæ suavitátis tuæ eruclábunt , \* & justitiã tuã exulrábunt.

Miserátor Dóminus , multum mis Suávis D veris , \* & ejus super i ejus.

*Divisio P.*

**C**onfiteamur tibi Dómine , & fáctis tuis ; \* & fáctis tuis dicant tibi.

Glóriam tuam loquentur ;

Ut notantur in ómnibus hóminibus tuam , \* & magnificéntiã tuam.

Regnum tuum in ómnibus sèculis dominátio generatióne nem.

Fidélis & sanctus in ómnibus ve ribus suis.

Allevat Inimicos qui cór érigit omne

Oculi ómnium sperant , Dicitur tu das escam tómpore op

Aperis os tuum , \* & omne ánimu erúclat.

*Ante divisiõ Psalms 144.*

Iustus Dõminus in õmnibus viis suis, \* & sanctus in õmnibus opõibus suis.

Propõ est Dõminus õmnibus invocãntibus eum, \* õmnibus invocãntibus eum in veritate.

Voluntãtem timẽntium se faciet; \* & deprecationem eõrum exãudiet, & salvos faciet eos.

Custõdit Dõminus omnes diligentes se, \* & omnes peccãtõres disperdet.

Laudationem Dõmini laudetur os meum; \* & benedicat omnis caro nõmini sancto ejus in seculum, & in seculum seculi.

*Ant.* Diliges Dõminum Deum tuum ex toto corde tuo, & prõximum tuum sicut teipsum. *Matth. 22.*

*Capitulum. Eccli. 15.*

**D**eus ab initio constituit hõminem, & reliquit illum in manu consilii sui: adjecit mandata & prãcepta sua. Si volueris mandata servare, conservãbunt te.

*Hymnus.*

**D**UM prona legi nos, Deus, Vovẽre corda discimur,

K 3

Da mente scire quod doces,

Et spontẽ quod jubes sequi.

Te principem summo, Deus,

Jubes amore diligi:

Tibi secundum prõtinis

Jubes amari prõximum.

TU, pacis auctor, matuos

Astringe nexus: da, Pater,

Gaudere fratrum gaudiis,

Da condolere flõtibus.

Quos orbis unus continet,

Fac una jungat caritas,

Quã corpus unum plurimi,

Unum cor, una mens sumus.

PRÆSTA, beãta Trinitas,

Ut, legis ad facem tuã,

Vitemus omne quod veritas,

Sectemur omne quod jubes.

Amen.

ÿ. Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, R. Ut non confundar. *Pf. 118.*

*Ad Magnificat, Ant. 7. a.*

Non auditores legis justii sunt apud Deum; sed factores legis justificabuntur. *Rom. 2.*

## AD COMPLETORIUM.

*Ant. 4. E. Conserva me.**Psalms 13.*

**D**ixit insipiens in corde suo : \* Non est Deus.

Corrupti sunt , & abominabiles facti sunt in studiis suis : \* non est qui faciat bonum , non est usque ad unum.

Dominus de celo prospexit super filios hominum , \* ut videat si est intelligens , aut requirens Deum.

Omnes declinaverunt , simul inutiles facti sunt : \* non est qui faciat bonum , non est usque ad unum.

Sepulcrum patens est guttur eorum : linguis suis dolose agebant , \* venenum aspidum sub labiis eorum.

Quorum os maledictione , & amaritudine plenum est , \* veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Contritio & infelicitas in viis eorum , & viam pacis non cognoverunt : \* non est timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem , \* qui devorant

plebem meam panis ?

Dominum caverunt : \* ille verunt timore erat timor.

Quoniam Domini generatione juvenum in consilium indolis , quoniam nus spes ejus

Quis dabit lutare Israel ? \* terit Dominus plebis suabit Jacob , & Israel.

*Psalms*

**D**omine , dabit in te tuo ? \* aut quis in monte sancto

Qui ingreditur cula , \* & operiam.

Qui loquitur in corde suo , egit dolum in

Nec fecit primum malum , \* & non accepit ad proximos suos.

Ad nihilum dicitur in conspectu eius ; \* timen Dominum gloriam

Qui jurat suo , & non dicitur qui pecuniam dedit ad usuram

hæc super innocentem non accepit.

Qui facit hæc, \* non movébitur in æternum.

*Psalmus 15.*

**C**onserva me, Dómine, quóniam sperávi in te; \* dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui sunt in terra ejus, \* mirificávit omnes voluntates meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitates eórum, \* pósteà acceleravérunt.

Non congregábo conventicula eórum de sanguinibus, \* nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditatis meæ & cálicis mei: \* tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris: \* etenim hæreditas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum qui tribuit mihi intellectum: \* insuper & usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspectu meo semper; \* quóniam à dextris est mihi ne commóvear.

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultávit lingua mea: \* insuper & caro mea requiescet in spe.

Quóniam non derelinques animam meam in inferno: \* nec dabis sanctum tuum vidére corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplébis me lætitiá cum vultu tuo; \* delectationes in dextera tua usque in finem.

*Ant.* Conserva me, Dómine, quóniam sperávi in te. *Pf.* 15.

FERIA QUINTA.

AD LAUDES.

*Ant.* 4. f. Deus.

*Psalmus 20.*

**D**ómine, in virtúte tua lætábitur rex, \* & super salutare tuum exultábit vehementer.

Desidérium cordis ejus tribuisti ei, \* & voluntate labiórum ejus non fraudasti eum.

Quóniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis; \* posuisti in cápite ejus corónam de lapide pretióso.

Vitam pétiit à te, & tribuisti ei longitudinem diérum in sæculum, \* & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus

in salutari tuo : \* glori-  
am & magnum decorem  
impones super eum.

Quoniam dabis eum in  
benedictionem in seculo  
seculi : \* lætificabis  
eum in gaudio cum vultu  
tuo.

Quoniam rex sperat in  
Dōmino , \* & in miseri-  
cōrdia Altissimi non com-  
movēbitur.

Inveniatur manus tua  
omnibus inimicis tuis : \*  
dextera tua inveniat om-  
nes qui te odērunt.

Pones eos ut clibanum  
ignis in tempore vultus  
tui : \* Dōminus in ira  
sua conturbabit eos , &  
devorabit eos ignis.

Fructum eorum de ter-  
ra perdes , \* & semen  
eorum à filiis hominum.

Quoniam declinave-  
runt in te mala ; \* cogi-  
taverunt consilia quæ non  
potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos  
dorsum : \* in reliquiis  
tuis præparabis vultum  
eorum.

Exaltare , Dōmine , in  
virtute tua : \* cantabimus  
& psallēmus virtutes tuas.

*Psalmus 71.*

**D**eus , iudicium tuum  
regi da , \* & iusti-  
tiam tuam filio regis ;  
Judicare populum tuum

in iustitia , \* &  
tuos in iudicio.

Suscipiant in  
cem populo , \*  
iustitiam.

Judicabit pa-  
puli , & salvos  
lios pauperum ,  
miliabit calum

Et permanēbi  
& ante lunam,  
ratione & gene

Descendet sic  
in vellus ; \* &  
licidia stillant  
terram.

Orietur in d  
iustitia & abun-  
cis , \* donec  
luna.

Et dominabi  
usque ad mare  
flumine usque  
nos orbis terræ

Coram illo  
Æthiopes , \*  
ejus terram lin-

Reges Tharsi  
mūnera offerent  
Arabum & S  
addūcent.

Et adorabunt  
nes reges terræ  
gentes servient

Quia liberabit  
à potente , \* &  
cui non erat ad

Parcet paupe-  
pi , \* & anim-  
rum salvas faci-

Ex usûris & iniquitâ-  
te redimet animas eor-  
um; \* & honorabile no-  
men eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei  
de atro Arabiæ, & ad-  
orabunt de ipso semper: \*  
totâ die benedicent ei.

Et erit firmamentum  
in terra in summis môn-  
tium: superextollétur su-  
per Libanum fructus  
ejus; \* & florébunt  
de civitate sicut fœnum  
terræ.

Sit nomen ejus benedi-  
ctum in sæcula: \* ante  
solem pèrmanet nomen  
ejus.

Et benedicentur in ipso  
omnes tribus terræ, \*  
omnes gentes magnificâ-  
bunt eum.

Benedictus Dóminus  
Deus Israël, \* qui facit  
mirabilia solus.

Et benedictum nomen  
majestatis ejus in æter-  
num: \* & replébitur ma-  
jestate ejus omnis terra:  
Fiat, fiat.

*Psalmus 97.*

**C**antate Dómino cân-  
ticum novum, \* quia  
mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera  
ejus; \* & bráchium san-  
ctum ejus.

Notum fecit Dóminus  
salutare suum, \* in con-

spectu géntium revelavit  
justitiam suam.

Recordatus est miseri-  
córdiæ suæ, \* & veritá-  
tis suæ dómui Israël.

Viderunt omnes tér-  
mini terræ \* salutare  
Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis  
terra: \* cantáte, & exul-  
táte, & psállite.

Psállite Dómino in cí-  
thara, in cíthara, &  
voce psalmi, \* in tubis  
ductilibus, & voce tubæ  
córneæ.

Jubiláte in conspectu  
regis Dómini: \* mové-  
tur mare & plenitúdo  
ejus; orbis terrarum, &  
qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent ma-  
nu: simul montes exul-  
tábunt à conspectu Dó-  
mini, \* quóniam venit  
judicáre terram.

Judicábit orbem terrá-  
rum in justitia, \* & pó-  
pulos in æquitáte.

*Canticum. Is. 12.*

**C**onfitebor tibi, Dómi-  
ne, quóniam irátus  
es mihi: \* conversus est  
furor tuus, & consolá-  
tus es me.

Ecce Deus Salvátor  
meus: \* fiduciáliter  
agam, & non timébo;

Quia fortitúdo mea &  
laus mea Dóminus, \*



& factus est mihi in salutem.

Hauriétis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, \* & dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus; \* mementóte quóniam excelsum est nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magnificè fecit; \* annuntiáte hoc in universa terra.

Exulta & lauda, habitatio Sion, \* quia magnus in médio tuí Sanctus Israël.

*Psalmus 146.*

**L**audáte Dóminum, quóniam bonus est psalmus: \* Deo nostro sit jucunda decóraque laudatio.

Edíficans Jerúsalem Dóminus; \* dispersiónes Israëlís congregábit.

Qui sanat contritos corde, \* & álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitudinem stellárum, \* & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus; \* & sapiéntiæ ejus non est númerus.

Suscípiens Dóminus; \* autem peccat ad terram.

Præcínite I confessióne: Deo nostro in

Qui óperit bibus, \* & plúviam.

Qui produc bus scœnum, \* servituti hóm

Qui dat jur ipsórum, \* & vórum invocá

Non in forti voluatatem h nec in tibiis v citum erit ei.

Beneplácitur no super times & in eis qui s; misericórdia

*Ant.* Deus est in misericórdi effémus mórtis, convivifi Christo, ut abundantes d: tiz suæ. *Eph*

*Capitulum. I*

**D**eus nos li vocávit suá sanctá; no: ópera nostra, dùm propósite grátiam quæ bis in Christo tēpora secul

*Hymnus.*

**T**uos canamus, Grátia,  
**P**io triumphos cántico :

Armis tuos victóricibus  
 Maníre gestis mílites.

His Orcus armis víncitur ;

His claustra panduntur  
 poli :

Quid arma non vincant  
 sacro

Resperfa Christi sánguine ?

Tu sistis ad Christi  
 pedes ,

Dux blanda , fontem féminam :

Santum furore percitum ,  
 Ceu fulmen , exturbas

equo.

VERSARE mentes éfficax ,

Nutu rebelles állicis :

Duríssimum sese tuo

Cor sponte submittit jugo.

TE præda captantem  
 volens

Amat sequi : nullus trahit  
 Necessitátis ímpetus ;

Divina sed virtus trahit.

SIT laus Patri , laus  
 Fílio :

Sit par tibi laus, Spíritus ;  
 De corde nostro fac tuæ

Virtus triumphet grátia.  
 Amen.

✚. Quid est homo, quòd  
 memor es ejus ; ✚. Aut

filius hóminis , quóniam  
 vísitas eum ? *Pf.* 8.

*Ad Benedictus, Ant.* 3. a.

Deus omnes hómines vult  
 salvos fieri , & ad agnitionem  
 veritátis venire.

*I. Tim.* 2.

A D P R I M A M.

*Ant.* 3. a. De plenitudine  
 ejus.

*Psalms* 24.

**A**d te , Dómine , levávi  
 animam meam : \*

Deus meus , in te confido ,  
 non erubescam.

Neque irrideant me  
 inimíci mei ; \* étenim

univerfi qui sústinent te ,  
 non confundentur.

Confundantur omnes  
 iníqua agentes \* super-  
 vacuè.

Vias tuas , Dómine ,  
 demonstra mihi ; \* & sémitas  
 tuas édoce me.

Dírigé me in veritáte  
 tua , & doce me ; \* quia

tu es Deus salvátor meus ,  
 & te sustínui totâ die.

Reminíscere miseratiónum  
 tuárum , Dómine , \* & misericordiárum  
 tuárum quæ à século sunt.

Delicta juventútis  
 meæ , \* & ignorántias  
 meas ne memíneris.

Secundùm misericórdiam  
 tuam memento mei  
 tu , \* propter bonitátem  
 tuam , Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus ; \* propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio , \* docebit mites vias suas.

*Divisio Psalmi 24.*

**U**niversæ viæ Dómini misericórdia & veritas , \* requiréntibus testamentum ejus & testimónia ejus.

Propter nomen tuum , Dómine , propitiaberis peccáto meo ; \* multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum ? \* legem stáuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur , \* & semen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum est Dóminus timéntibus eum ; \* & testamentum ipsius ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum , \* quóniam ipse evellet de láqueo pedes meos.

Réspice in me , & miserere meí , \* quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicatæ sunt ; \* de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatē & labórem meum ; dimitte univertitatem meam.

Réspice in iniquitatem meam quóniam iniquitates meae sunt , \* & óderunt me.

Custódi ánimam meam & erue me : bescaam , quóniam in te.

Innocentes hæserunt multum sustinui te :

Libera , Deus , de omnibus tribulationibus suis.

*Psalmus.*

**E**xaudi , Deus , orationem meam ; & in misericórdia tua exaudi me.

A finibus terrarum clamávi ; \* ceterum cor meum exaltasti in terra.

Deduxisti me in montem altissimum : factus es spes in circuitu meo ; & fortitudo in inimici.

Inhabitábo in tabernaculo tuo in perpetuum : próteget in altitudinibus alarum tuarum.

Quóniam misericórdia tua domus mea ; & misericórdia tua exaudivit vocem meam ; & hæreditatem nomen tuum.

Dies super

ies, \* annos ejus  
: in diem generatiō-  
: generatiōnis.

manet in æternum  
aspectu Dei : \* mi-  
ercediam & veritatem  
uis requirer ?

: psalmum dicam  
ni tuo in sæculum  
, \* ut reddam vota  
le die in diem.

r. De plenitudine  
ios omnes accēpi-  
, & grātiā pro  
l. Joann. 1.

T E R T I A M.

.a. Hauriētis aquas.  
*Psalmus 41.*

remādamodum desi-  
lerat cervus ad fon-  
uārum, \* ita de-  
t anima mea ad te,

vit anima mea ad  
t fortem, vivum : \*  
lo veniam, & appa-  
nte faciēta Dei ?

runt mihi lacrymæ  
anes die ac nocte, \*  
licitur mihi quoti-  
Jbi est Deus tuus ?

c recordatus sum,  
ūdi in me animam  
i, \* quoniam trans-  
n locum tabernaculi

rabilis, usque ad  
im Dei.

voce exultatiōnis &  
ffionis, \* sonus epu-  
i.

*Æstiva L \**

Quare tristis es, anima  
mea ? \* & quare contur-  
bas me ?

Spera in Deo, quoniam  
adhuc confitebor illi : \*  
salutare vultus mei, &  
Deus meus.

*Divisio Psalmi 41.*

A  
d meipsum anima  
mea conturbata est; \*  
propterea memor ero tui  
de terra Jordānis, &  
Hermōnium à monte  
mōdico.

Abyssus abyssum invo-  
cat, \* in voce cataractā-  
rum tuarum.

Omnia excelsa tua, &  
fluctus tui \* super me  
transierunt.

In die mandavit  
Dōminus misericordiam  
suam, \* & nocte cantu-  
cum ejus.

Apud me oratio Deo  
vitæ meæ : \* dicam Deo :  
Susceptor meus es.

Quare oblitus es me,  
& quare contristatus in-  
cēdo, \* dum affligit me  
inimicus ?

Dum confringuntur ossa  
mea, \* exprobraverunt  
mihi, qui tribulant me  
inimici mei.

Dum dicunt mihi per  
singulos dies : Ubi est  
Deus tuus ? \* Quare tri-  
stis es, anima mea ? &  
quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \* salutáre vultûs mei , & Deus meus.

*Psalms 42.*

**J**údica me , Deus , & discerne causam meam de gente non sancta : \* ab hómine iníquo & dolóso érué me.

Quia tu es , Deus, fortitúdo mea : \* quare me repulisti ? & quare tristis incédo , dum affligit me inimícus ?

Emitte lucem tuam & veritátem tuam ; \* ipsa me deduxérunt & adduxérunt in montem sanctum tuum , & in tabernácula tua.

Et introibo ad altáre Dei , \* ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara , Deus , Deus meus : \* quare tristis es , ánima mea ? & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \* salutáre vultûs mei , & Deus meus.

*Ant.* Hauriétis aquas in gaúdio de fóntribus Salvatóris. *Isai.* 12.

*Capitulum. Isai.* 55.

**O**mnes sitientes , veníte ad aquas ; & qui non habétis argen-

tum , propé  
& comédit

*R. br.* Fl

tus \* Lætífi

Dei : *ψ.* D

ejus. \* Lætífi

Dei. Glória

*Psf.* 45.

*ψ.* Flum

tum est ac

cibum illór

niam ita e

ejus. *Psf.* 6.

A D S E

*Ant.* 8.

diam.

*Psal*

**E**xultáte  
Enostro:  
Jacob.

Súmíte ꝑ  
date tymꝑ  
térium juc  
cíthara.

Buccinát  
nia tuba , \*  
solemnitati

Quia ꝑ  
Israël est ,  
Deo Jacob

Testimón  
pósuit illuc  
de terra Æ  
quam quat  
audívit.

Divertit  
dorsum ei  
ejus in có  
runt.

*Psalmi 80.*  
 tribulatione invocasti  
 & liberaſti te : \*  
 ſerui te in abſcondito  
 ſcruis , probaſti te  
 aquam contradi-

ti, populus meus, &  
 labor te : \* Iſraël,  
 ſeruis me, non erit  
 Deus recens, ne-  
 lorabis Deum ali-

enim ſum Dómi-  
 us tuus, qui eduxi  
 terra Ægypti ; \*  
 os tuum, & im-  
 illud.

non audívit pópu-  
 us vocem meam, \*  
 aél non intendit

limáſi eos ſecun-  
 efidéria cordis eó-  
 ibunt in adinven-  
 us ſuis.

ópulus meus au-  
 ne, \* Iſraël ſi in  
 is ambulaffet :

níhilo fórſitan ini-  
 eórum humiliat-  
 & ſuper tribu-  
 os miſiſſem ma-  
 ream.

íci Dómini men-  
 : ei ; \* & erit tem-  
 um in ſécula.

ávaſit eos ex ádipe  
 ti, \* & de petra  
 aturávit eos.

L 2

*Psalmus 83.*

Quam dilecta taber-  
 nácula tua, Dómi-  
 ne virtutum ! \* concu-  
 piſcit & déficit ánima  
 mea in átria Dómini.

Cor meum & caro  
 mea \* exultaverunt in  
 Deum vivum.

Etenim paſſer invenit  
 ſibi domum, \* & turtur  
 nidum ſibi, ubi ponat  
 pullos ſuos.

Altaria tua, Dómine  
 virtutum, \* Rex meus,  
 & Deus meus.

Beáti qui hábitant in  
 domo tua, Dómine ! \*  
 in ſécula ſeculórum lau-  
 dábunt te.

Beátus vir cujus eſt au-  
 xílium abs te : \* aſcenſi-  
 ones in corde ſuo diſpó-  
 ſuit, in valle lacrymarum,  
 in loco quem pofuit !

Etenim benedictiónem  
 dabit legiſlátor, ibunt de  
 virtúte in virtútem : \*  
 vidébitur Deus d órum  
 in Sion.

Dómine Deus virtú-  
 tum, exaudi oratió-  
 nem meam : \* aúribus perí-  
 pe, Deus Jacob.

Protektor noſter áſpi-  
 ce, Deus, \* & réſpice in  
 faciém Chriſti tui.

Quia mélior eſt dies  
 una in átriis tuis \* ſuper  
 míllia.

Elégi abjectus esse in  
domo Dei mei, \* magis  
quàm habitare in taber-  
nâculis peccatorum.

Quia misericordiam &  
veritatem diligit Deus: \*  
gratiam & gloriam dabit  
Dóminus.

Non privabit bonis eos  
qui ambulant in innocen-  
tia: \* Dómine virtutum,  
beatus homo qui sperat  
in te!

*Ant.* Misericordiam &  
veritatem diligit Deus;  
gratiam & gloriam dabit  
Dóminus.

*Capitulum. Rom. 8.*

Spiritus testimonium  
reddit spiritui nostro,  
quod sumus filii Dei:  
si autem filii, & hæ-  
redes.

*℞. br.* Beata gens \* Cu-  
jus est Dóminus Deus  
ejus! *ψ.* Pópulus quem  
elegit in hæreditatem  
sibi. \* Cujus est. Glória.  
*℞.* Beata gens. *Psf.* 32.

*ψ.* Dóminus pars hæ-  
reditatis meæ; *℞.* Hære-  
ditas mea præclara est  
mihi. *Psf.* 15.

A D N O N A M.

*Ant.* 1. a. Grátia Dei.  
*Psalms* 88.

Misericordias Dómi-  
ni \* in æternum  
cantabo.

In generatióem & ge-

neratióem  
bo veritatem  
ore meo.

Quóniam  
æternum mis-  
ericordiam &  
veritatem  
præparabitur  
in eis.

Dispósui t  
electis meis; j  
servo meo:  
æternum præ-  
men tuum.

Et ædificá-  
ratióem &  
nem \* seden-

Confitebu-  
mirabilia tu-  
ne; \* etenim  
tuam in eccl-  
rum.

Quóniam  
hæredes æquab-  
no; \* simi-  
in filiis Dei

Deus, qui  
in concilio se-  
magnus & t  
per omnes qe-  
ejus sunt.

*Divisio P*

Dómine  
tum,  
tibi? \* poter-  
ne; & verita-  
cútu tuo.

Tu domin-  
maris: \* m  
fluctuum eju-

Tu hui-

in superbum : \*  
io virtutis tue  
inimicos tuos.

et cœli , & tua  
orbem terræ &  
nem ejus tu fun-

Aquilonem &  
creasti.

et Hermon in  
io exultabunt : \*  
chium cum po-

str manus tua , &  
dextera tua : \*  
judicium præ-  
dis tue.

Ordia & véri-  
tates faciem  
beatus populus  
exultationem.

et , in lumine  
i ambulabunt ,  
nere tuo exulta-

die , \* & in  
a exaltabuntur.  
am gloria vir-

um tu es , \* &  
i cito tuo exalta-  
nu nostrum.

Dominus est as-  
nostra , \* &  
aeterni Regis nostri.

ocutus es in vi-  
sibus tuis , & di-

visi adiutorium  
te , & exaltavi  
le plebe mea.

David servum  
oleo sancto meo  
1.

Manus enim mea au-  
xiliabitur ei , \* & brachium meum confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo , \* & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam à facie ipsius inimicos ejus , \* & odientes eum in fugam convertam.

Et veritas mea & misericordia mea cum ipso , \* & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus , \* & in fluminibus dexteram ejus.

Ipse invocabit me : Pater meus es tu , \* Deus meus , & susceptor salutis meæ.

Et ego primogenitura ponam illum , \* excelsum præ regibus terræ.

In æternum servabo illi misericordiam meam : \* & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semen ejus , \* & thronum ejus sicut dies cœli.

Si autem dereliquerint filii ejus legem meam , \* & in judiciis meis non ambulaverint ;

Si justitias meas profanaverint , \* & man-



clara mea non custodierint ;

Visitabo in virga iniquitates eorum , \* & in verbis peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo , \* neque nocēbo in veritate mea :

Neque profanabo testamentum meum , \* & quae procedunt de labiis meis, non faciam irrita.

*Altera divisio Psalmi 88.*

**S**emel juravi in sancto meo , si David mentiar : \* Semen ejus in æternum manebit.

Et thronus ejus sicut sol in conspectu meo , \* & sicut luna perfecta in æternum ; & testis in cælo fidelis.

Tu verò repulisti & despexisti , \* distulisti Christum tuum.

Evertisti testamentum servi tui , \* profanasti in terra sanctuarium ejus.

Destruxisti omnes sepes ejus ; \* posuisti firmamentum ejus formidinem.

Diriperunt eum omnes transeuntes viam ; \* factus est opprobrium vicinis suis.

Exaltaisti dexteram deprimentium eum ; \* læ-

tificasti omnes ejus.

Avertisti a gladio ejus , \* auxiliatus ei in

Destruxisti emundatione , \* ejus in terram

Minorasti diris ejus ; \* perfunctio.

Usquequò ; avertis in finem descet sicut igni

Memorare substantia : \* enim vanè c omnes filios hó

Quis est homin vet , & non videt ; \* eruet suam de manu

Ubi sunt misturæ antiquæ, D sicut jurasti Davritate tua ?

Memor esto ne , opprobrii tuorum \* ( quoc in sinu meo ) ; gèntium ;

Quod exprobr inimici tui , D quod exprobr commutationem tui.

Benedictus in æternum : \*

*Ant.* Grátia ta æterna in Cl

no nostro. Rom.

um. Apoc. 3.  
o ad ostium, &  
, dicit Dómi-  
nis audierit vo-  
um, & aperuerit  
uam, intrábo ad

ve. Non privábit  
s qui ámbulant \*  
éntia.  $\Psi$ . Dómi-  
um, beátus homo  
ut in te ! \* In in-  
. Glória.  $\kappa$ . Non  
Pf. 83. .

uli Dómini super  
 $\kappa$ . Et aures ejus  
eorum. Pf. 33.  
E S P E R A S.

.D. Exhortámur.  
almus 115.  
li, propter quod  
tus sum : \* ego  
umiliátus sum

lixi in excessu  
\* Omnis homo

retribuam Dómi-  
o omnibus quæ  
mihi ?  
m salutáris acci-  
& nomen Dó-  
ocábo.

mea Dómino  
coram omni pó-  
: \* pretiósa in  
i Dómini mors  
n ejus.

O Dómine, quia ego  
servus tuus, \* ego ser-  
vus tuus, & filius ancil-  
læ tuæ.

Dirupisti víncula mea :  
tibi sacrificábo hóstiã  
laudis, \* & nomen Dó-  
mini invocábo.

Vota mea Dómino red-  
dam in conspectu omnis  
pópuli ejus, \* in átriis  
domûs Dómini, in médio  
tuî, Jerúsalem.

*Psalms 122.*

**A**d te levávi óculos  
Amicos, \* qui hábitas  
in cœlis.

Ecce sicut óculi servó-  
rum \* in má nibus domi-  
nórum suórum ;

Sicut óculi ancillæ in  
má nibus dómínæ suæ, \*  
ita óculi nostri ad Dómi-  
num Deum nostrum do-  
nec misereátur nostrî.

Miserére nostrî, Dómi-  
ne, miserére nostrî ; \*  
quia multum repléti su-  
mus despeccióne.

Quia multum repléta  
est ánima nostra ; \* op-  
próbrum abundantibus,  
& despéctio superbis.

*Psalms 125.*

**I**n convertendo Dó-  
minus captivitátem  
Sion, \* facti sumus sicut  
consoláti.

Tunc replétum est  
gáudio os nostrum, \*

& lingua nostra exulta  
tione.

Tunc dicent inter gen-  
tes : \* Magnificavit Dõ-  
minus facere cum eis.

Magnificavit Dõminus  
facere nobiscum ; \* facti  
sumus lætantes.

Converte , Dõmine ,  
captivitatem nostram , \*  
sicut torrens in Austro.

Qui seminant in lacry-  
mis , \* in exultatione  
metent.

Euntes ibant & fle-  
bant , \* mittentes semi-  
na sua.

Venientes autem vé-  
niant cum exultatione , \*  
portantes manipulos suos.

*Psalms 137.*

**M**emento , Dõmine ,  
David , \* & omnis  
mansuetudinis ejus.

Sicut juravit Dõmi-  
no , \* votum vovit Deo  
Jacob :

Si introiero in taberná-  
culum domus meæ , \* si  
ascendero in lectum strati  
mei ;

Si dederò somnum ócu-  
lis meis , \* & palpebris  
meis dormitationem ;

Et requiem temporibus  
meis , donec inveniam  
locum Dõmino , \* taber-  
naculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam

in Ephrata : \*  
mus eam in eam

Introibimus i  
naculum ejus ;  
bimus in loco :

runt pedes ejus  
Surge , Dõmi  
quiem tuam ; \*  
sanctificationis

Sacerdotes tui  
tur justitiam , \*  
tui exultent.

Propter Davi-  
tuum , \* non a-  
ciem Christi tui

*Divisio Psalmi*

**J**uravit Dõmin-  
veritatem , &  
strabitur eum : \*

ctu ventris tui pe-  
per sedem tuam

Si custodierin  
testamentum me-  
testimonia mea

docébo eos.  
Et filii eorum  
in seculum , \*  
super sedem tuam

Quoniam elég-  
nus Sion , \* elég  
habitationem filii

Hæc requies re-  
culum seculi : \*  
bitabo , quonia-  
eam.

Viduum ejus  
cens benedicam  
peres ejus futuris

nibus.  
Sacerdotes ejus

*Ferid V. ad Vesperas:*

147

\* & sancti ejus  
ne exultabunt.

roducam cornu  
\* paravi lucer-  
isto meo.

os ejus induam  
ie: \* super ipsum  
florabit sanctifi-  
a.

xhortamur ne in  
gratiam Dei re-  
II. Cor. 6.

um. Eccli. 15.

uit tibi. Deus  
um & ignem: ad  
lueris, porrige  
tuam. Ante ho-  
ita & mors, bo-  
malum: quod  
ei, dabitur illi.  
Hymnus.

.BA gens mortam,

ofano quid tu-  
:

mquerectum per-

s,

ntis munus est.

iribus debes tuis:

s salutis, Gratia

ores provehat,

ra virtus, efficis.

velle, dat rectum

ui,

e quod jubet,

us:

os coronat, &

l

oronat munera.

POSCAMUS ergo sup-  
plices

Coeleste donum gratiae;  
Nec, sponte quod praebet  
Deus,

Rebelle peccatus respuat.

SIT laus Patri, laus  
Filio:

Sit par tibi laus, Spi-  
ritus;

De corde nostro fac tuae  
Virtus triumphet Gratiae.

Amen.

ψ. Quam magna mul-  
titudo dulcedinis tuae,  
Domine, &. Quam abs-  
condisti timentibus te!  
Psf. 30.

Ad Magnificat, Ant.

7. b. Qui perseveraverit  
usque in finem, hic salvus  
erit. Matth. 10.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. f. Exaudi.

Psalms 31:

**B**eati quorum remissae  
sunt iniquitates, \* &  
quorum tecta sunt peccata.

Beatus vir cui non im-  
putavit Dominus peccatum,  
\* nec est in spiritu  
ejus dolus.

Quoniam taceui, inve-  
teraverunt ossa mea, \*  
dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte  
gravata est super me ma-  
nus tua: \* conversus sum

In ærumna mea, dum  
configitur spina.

Delictum meum cogni-  
tum tibi feci, \* & in-  
justitiam meam non abs-  
condi.

Dixi: Confitebor adver-  
sum me injustitiam meam  
Dómino; \* & tu remisisti  
impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te om-  
nis sanctus \* in tempore  
opportuno.

Verúntamen in díuvio  
aquárum multárum, \* ad  
eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à  
tribulatióne quæ circum-  
dedit me: \* exultatio  
mea, érue me à circum-  
dántibus me.

Intellectum tibi dabo,  
& instruam te in via hac  
quâ gradiéris: \* firmábo  
super te óculos meos.

Nolite fieri sicut equus  
& mulus, \* quibus non  
est intellectus.

In campo & fræno ma-  
xillas eórum constringe, \*  
qui non appróximant ad  
te.

Multa flagella peccató-  
ris; \* sperantem autem in  
Dómino misericórdia cir-  
cumdabit.

Lætámini in Dómino,  
& exultáte, justí; \* &  
gloriámini, omnes recti  
corde.

*Psal*

**D**ixi: C

meas

linquam in

Pósuí o

diam, \* c

peccátor a

Obrúcti,

sum, & sili

dolor meu

Concálui

tra me; \* &

ne mea ex

Locútu

mea: \* Ne

Dómine, :

Et núm

meórum,

sciam quid

Ecce me

fuisti dies

substántia

níhilum ar

Verúnta

vánitas, \*

vivens.

Verúnta

ne pertrani

& frustra c

Thesauríz

rat cui con

Et nunc

statio meai

nus; \* &

apud te est

*Divisio*

**A**b ómn

abus me

oppróbriun

disti me.

i, & non apéru  
i, quóniam tu fe  
move à me pla-

idine manûs tuæ  
i in increpatió  
propter iniquitá  
xisti hóminem.  
scere fecisti sicut  
ánimam ejus : \*  
ten vanè contur  
ais homo.

li oratióne  
Dómine, & de  
em meam : \*  
éripe lácrymas

s, quóniam ad  
sum apud te, &  
s, \* sicut omnes  
i.

te mihi, ut  
priusquam ab  
& ámplius non

audi oratióne  
Dómine, & de  
em meam.

A S E X T A.

L A U D E S.

. Justus perit.

*almus 69.*

, in adjutórium  
um intende : \*  
ad adjuvandum  
ia.

dantur, & reve  
\* qui quærunt  
meam.

antur retrorsum,

& erubescant, \* qui vo  
lunt mihi mala.

Avertantur statim eru  
bescantes, \* qui dicunt  
mihi : Euge, euge.

Exultent & lætentur in  
te, omnes qui quærunt  
te ; \* & dicant semper :  
Magnificétur Dóminus,  
qui diligunt salutáre  
tuum.

Ego verò egénus & pau  
per sum : \* Deus, adjuva  
me.

Adjutor meus & libetá  
tor meus es tu : \* Dómi  
ne, ne moréris.

*Psalmus 70.*

**I**n te, Dómine, sperávi,  
non confundar in æter  
num : \* in justitia tua lí  
bera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem  
tuam, \* & salva me.

Esto mihi in Deum pro  
tectórem, & in locum  
munitum, \* ut salvum  
me fácias.

Quóniam firmamen  
tum meum, \* & refú  
gium meum es tu.

Deus meus, éripe me de  
manu peccatóris, \* & de  
manu contra legem agen  
tis, & iníqui.

Quóniam tu es patién  
tia mea, Dómine : \* Dó  
mine, spes mea à juven  
tute mea.

In te confirmátus sum ex

sero: \* de ventre matris  
meae tu es protector meus.

In te cantatio mea semper:  
\* tanquam prodigium  
factus sum multis, & tu  
adjutor fortis.

Repleatur os meum lau-  
de, ut cantem gloriam  
tuam, \* tota die magni-  
tudinem tuam.

Ne proicias me in tēp-  
ore senectutis: \* cum de-  
fecerit virtus mea, ne de-  
relinquas me.

Quia dixerunt inimici  
mei mihi, \* & qui custo-  
diabant animam meam,  
consilium fecerunt in  
unum,

Dicentes: Deus dereli-  
quit eum; \* persequimini  
& comprehendite eum,  
quia non est qui eripiat.

Deus, ne elongeris a  
me: \* Deus meus, in au-  
xilium meum respice.

Confundantur & defi-  
ciant detrahentes animae  
meae: \* operiantur con-  
fusione & pudore, qui  
querunt mala mihi.

Ego autem semper spe-  
rabo, \* & adjiciam super  
omnem laudem tuam.

*Divisio Psalmi 70.*

**O**s meum annuntiabit  
justitiam tuam, \* to-  
ta die salutare tuum.

Quoniam non cognovi  
literaturam, introibo in

potencias Domini, \* &  
mine, memoremur  
tuis tuis solus.

Deus, docuisti me  
veritate tua; \* & nu-  
nunc pronuntiabo mi-  
serabilia tua,

Et usque in senectum  
senium: \* Deus, ne de-  
relinquas me;

Donec auferatur  
conteritium tuum. \* gressus  
ni omni qua ventura

Potentiam tuam & ve-  
ritatem tuam, Deus, mi-  
hi in altissima qua feci  
magnalia; \* Deus,  
similis tibi?

Quantas offendisti  
tribulationes, mihi  
malas! & convulsus  
ficasti me, \* & de-  
terra iterum rediisti

Multiplicasti in-  
ferentiam tuam: \* &  
versus consolatus

Nam & ego cor  
tibi in vasis psaltes  
tem tuam: \* De-  
lam tibi in citha  
Deus Israel.

Exultabunt in  
cum cantavero  
anima mea quae  
misti.

Sed & lingu-  
die meditabitur  
tuam, \* cum  
reveriti fuerin-  
runt mala mi

*Tabacuc*, 3.  
audivi au-  
m tuam, \* &

opus tuum; \*  
norum vivi-

annorum no-  
\* cum iratus  
ricordiae re-

stro veniet; \*  
e monte Pha-

caelos gloria  
audis ejus ple-

ta.  
ejus ut lux  
tua in mani-

idita est forti-  
ante faciem  
rs.

ietur diabo-  
des ejus; \*  
iensus est ter-

& dissolvit  
: contriti sunt  
ali.

sunt colles  
ab itinéribus  
ejus.

quitate vidi  
thiopiae : \*  
: pelles terrae

l in flumini-  
; Domine; \*  
nibus furor  
r. M \*

tuus, vel in mari indi-  
gnatio tua ?

Qui ascendes super  
equos tuos, \* & quadri-  
gæ tuæ salvatio.

Suscitans suscitabis ar-  
cum tuum, \* juramen-  
ta tribubus quæ locutus  
es.

Fluvios scindes terræ :  
viderunt te, & doluerunt  
montes; \* gurges aqua-  
rum transiit.

Dedit abyssus vocem  
suam : \* altitudo manus  
suas levavit.

Sol & luna steterunt in  
habitaculo suo; \* in luce  
sagittarum tuarum ibunt,  
in splendore fulgurantis  
hastæ tuæ.

In fremitu conculcabis  
terram, \* & in furore  
obstupescies gentes.

Egressus es in salutem  
populi tui, \* in salutem  
cum Christo tuo.

Percussisti caput de do-  
mo impii; \* denudasti  
fundamentum ejus usque  
ad collum.

Maledixisti sceptris  
ejus, capiti bellatorum  
ejus, \* venientibus ut  
turbo ad dispergendum  
me.

Exultatio eorum \* si-  
cut ejus qui devorat pau-  
perem in abscondito.

Viam fecisti in mari



equis tuis , \* in luto  
aquarum multarum.

Audivi, & conturbatus  
est venter meus : \* à vo-  
ce contremuerunt labia  
mea.

Ingrediatur putredo in  
ossibus meis , \* & subter  
me scateat ;

Ut requiescam in die  
tribulationis , \* ut ascen-  
dam ad populum accin-  
ctum nostrum.

Ficus enim non flore-  
bit , \* & non erit germen  
in vineis.

Mentietur opus oli-  
væ , \* & arva non affe-  
rent cibum.

Abscindetur de ovili  
pecus , \* & non erit ar-  
mentum in præsèpibus.

Ego autem in Dòmino  
gaudebo , \* & exultabo  
in Deo Jesu meo.

Deus Dòminus , for-  
titudo mea , \* & ponet  
pedes meos quasi cervo-  
rum.

Et super excelsa mea  
deducet me victor \* in  
psalmis canentem.

*Psalmus 145.*

**L**auda , ànima mea ,  
Dòminum : laudabo  
Dòminum in vita mea , \*  
psallam Deo meo quàm-  
diù fùero.

Nolite confidere in  
principibus , \* in filiis

hòminum, in  
est salus.

Exibit spí  
& revertetur  
suam : \* in il-  
libunt omnes  
còrum.

Beátus cujus  
adjutor ejus ,  
Dòmino De-  
qui fecit cœ-  
ram , mare &  
in eis sunt !

Qui cultó  
tem in scúl  
judicium injú-  
tibus , \* dat  
rientibus.

Dòminus :  
peditos , \* D-  
minat cæcos.

Dòminus  
fos , \* Dòm  
justos.

Dòminus  
venas : pupil-  
duam suscipie  
peccatorum c

Regnabit I  
sécula ; \* I  
Sion , in gene-  
generatiónem

*Ant.* Justus  
non est qui i  
corde suo. *I,*

*Capitulum.*

**A**spicientes  
summatórem  
propósito sib

crucem, con-  
temptam; re-  
um, ut ne fa-  
inimis vestris  
ymnus.

QUE defixam  
ci  
imagine[m],  
liro conspicis  
confossum la-

ICE, quanto  
re  
sa decedit.

tanti cruor  
la vulneris.

go Christus in-  
is

lavit suo;  
languores tu-

is foret salus.

ita passus es,

,

non sit labor;

in fructum

antes perdere.

creavit, laus

;

demit, Filio;

demptos gra-

laus, Spiritus.

.

clamavi, dum

cor meum;

factus es spes

s. *Pf.* 60.

2

*Ad Bened. Ant.* 5. 2.

Commendat caritatem  
suam Deus in nobis; quoniam,  
cum peccatores  
essemus, Christus pro no-  
bis mortuus est. *Rom.* 5.

A D P R I M A M.

*Ant.* 3. c. *Recogitate.*

*Psalmus* 34.

Judica, Domine, no-  
centes me; \* expugna  
impugnantes me.

Apprehende arma &  
scutum, \* & exurge in  
adjutorium mihi.

Effunde frameam, &  
conclude adversus eos  
qui persequuntur me: \*  
dic anime mee: Salus  
tua ego sum.

Confundantur & reve-  
reantur, \* querentes ani-  
mam meam.

Avertantur retrorsum,  
& confundantur, \* co-  
gitantes mihi mala.

Fiant tanquam pulvis  
ante faciem venti, \* &  
angelus Domini coar-  
ctatus eos.

Fiat via illorum tenebrae  
& lubricum, \* & angelus  
Domini persequens eos.

Quoniam gratis ab-  
sconderunt mihi inter-  
itum laquei sui; \* super-  
vacue exprobraverunt ani-  
mam meam.

Veniat illi laqueus  
quem ignorat, & captus

quam abscondit, apprehendat eum; \* & in laqueum cadat in ipsum.

Anima autem mea exultabit in Dómino, \* & delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent: \* Dómine, quis similis tibi!

Eripiens inopem de manu fortiórum ejus, \* egenum & pauperem a diripientibus eum.

*Divisio Psalmi 34.*

**S**urgentes testes iniqui, \* quæ ignorabam, interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis, \* sterilitatem animæ meæ.

Ego autem, cum mihi molesti essent, \* induébar cilicio.

Humiliábam in jejúnió animam meam; \* & oratio mea in sinu meo convertetur.

Quasi próximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacébam: \* quasi lugens & contristátus, sic humiliábar.

Et adversum me lætati sunt, & convenérunt; \* congregata sunt super me flagella, & ignorávi.

Dissipati sunt, neq̄ compuncti: tentavérunt me,

subsannavérunt in fannatióne; ruerunt super me suis.

Dómine, spicies; \* manum meam eórum, a lacum meam.

Confíteberis glória magnipulo gravi.

Non superbi hi qui adveniérunt iniquè; \* me gratis, oculis.

Quóniam pacificè loquens & in iracundis, dabant.

Et dilatávi os suum. Euge, euge, óculi nostri.

Vidisti, sílcas: \* discédas a

*Altera divisio*

**E**xurge, & dicitio nomen meum, & Dóminus in causam meam.

Júdica nomen justítiam tuam: Deus meus; pergaudeam.

Non dica suis: Euge;

nec dicant :  
is cum.

it & revere-  
, \* qui gra-  
ilis meis.

r confusióne  
à, \* qui ma-  
tur super me.

: lætentur qui  
iam meam; \*

emper : Ma-  
bominus, qui  
mserui ejus.

mea meditá-  
am tuam, \*

dem tuam.

: cogitáte eum

stinuit à pec-  
dversum se-

contradictió-  
12.

R T I A M.  
. Recordáre.

us 25.  
, Dómine ,  
ego in in-

ca ingressus  
in Dómino

infirmábor.  
: , Dómine ,

: \* ure renes  
meum.

misericór-  
óculos meos

ompláculi in  
.

um concílio  
& cum iní-

us non in-

Odivi ecclésiám mali-  
gnántium , \* & cum ím-  
piis non sedébo.

Lavábo inter innocen-  
tes manus meas , \* & cir-  
cúmdabo altáre tuum ,  
Dómine ;

Ut áúdiam vocem lau-  
dis , \* & enarrem uni-  
versa mirabília tua.

Dómine , dilexi decó-  
rem domûs tuæ , \* &  
locum habitatiónis gló-  
riæ tuæ.

Ne perdas cum ím-  
piis ,  
Deus , ánimam meam , \*  
& cum viris sánguinem  
vitam meam :

In quorum mánibus  
iniquitátes sunt , \* dex-  
tera eórum repléta est  
munéribus.

Ego autem in inno-  
céntia mea ingressus  
sum ; \* rédime me , &  
miserére meí.

Pes meus stetit in dire-  
cto ; \* in ecclésiis bene-  
dícám te , Dómine.

*Psalmus 39.*

**E**xpectans expectávi  
Dóminum , \* & in-  
tendit mihi.

Et exaudivit preces  
meas , \* & eduxit me de  
lacu misériæ , & de luto  
fecis.

Et státuit super petram  
pedes meos , \* & direxit  
gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum; \* carmen Deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt, \* & sperabunt in Domino.

Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus, \* & non respexit in vanitates & insanias falsas!

Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua; \* & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi & locutus sum: \* multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium & oblationem noluisti, \* aures autem perfecisti mihi.

Holocautum & pro peccato non postulasti; \* tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: \* Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei.

*Diviso Psalmi 39.*

**A**nnuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna: \* ecce labia mea non prohibebo; Domine, tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo; \*

veritatem tuam & scire tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam \* à concilio multo.

Tu autem, Domine, ne longè facias missiones tuas à me: \* misericordia tua & veritas tua semper suscepisti me.

Quoniam circumdederunt me mala, quoniam non est numerus: \* comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui ut viderem.

Multiplicatae sunt per capillos capitis mei & cor meum dereliquisti me.

Complaceat tibi, Domine, ut eruas me, Domine, ad adjutum me respice.

Confundantur & reantur simul, qui derunt animam meam ut auferant eam.

Convertantur res sum & revereantur qui volunt mihi malum.

Ferant confestim fusionem suam, \* dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætent super te, omnes qui timent te; \* & dicant per te: Magnificetur.

ni diligunt san-

tem mendicus  
uper : \* Dó-  
lícitus est meí.  
meus , & pro-  
us tu es : \*  
s , ne tardá-

cordáre pau-  
absínthii &  
n. 3.

1. *I. Petr.* 4.  
passo in carne ,  
s eadem cogi-  
námini ; quia  
est in carne ,  
ccátis.

ve. Protector  
Aspice , Deus.  
vice in fáciem  
i. \* Aspice ,  
ria. Protector.

re in eo , om-  
gátio pópuli ;  
te coram illo  
ra. *Pf.* 61.

E X T A M.  
Hæc récolens.  
*mus* 21.

Deus meus ,  
e in me : quare  
quisti ? \* longè  
rea verba deli-  
órum.

Deus , clamábo  
, & non exaú-  
nocte , & non  
riam mihi.

Tu autem in sancto há-  
bitas , \* laus Israél.

In te speravérunt pa-  
tres nostri : \* speravé-  
runt , & liberasti eos.

Ad te clamavérunt , &  
salvi facti sunt : \* in te  
speravérunt , & non sunt  
confúsi.

Ego autem sum ver-  
mis , & non homo ; \*  
oppróbrium hóminum &  
abjéctio plebis.

Omnes videntes me ,  
deriserunt me : \* locúti  
sunt lábiis , & movérunt  
caput.

Sperávit in Dómino ,  
erípiat eum : \* salvum  
fáciat eum , quóniam  
vult eum.

Quóniam tu es qui ex-  
traxisti me de ventre ; \*  
spes mea ab ubéribus ma-  
tris meæ , in te projectus  
sum ex útero.

*Divisio Psalmi 21.*

**D**e ventre matris meæ,  
Deus meus es tu ; \*  
ne discésseris à me.

Quóniam tribulatio  
próxima est , \* quóniam  
non est qui ádjuvet.

Circumdederunt me  
vítuli multi ; \* tauri pin-  
gues obtedérunt me.

Aperuérunt super me  
os síuum , \* sicut leo  
rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effúsa

sum, \* & dispersa sunt  
omnia ossa mea.

Factum est cor meum  
tanquam cera liquef-  
cens \* in medio ventris  
mei.

Aruit tanquam testa  
virtus mea, & lingua mea  
adhæsit faucibus meis; \*  
& in pulverem mortis  
deduxisti me.

Quoniam circumdede-  
runt me canes multi: \*  
concilium malignantium  
obsedit me.

Foderunt manus meas  
& pedes meos: \* dinu-  
meraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero considerave-  
runt & inspexerunt me; \*  
diviserunt sibi vestimenta  
mea, & super vestem  
meam miserunt sortem.

Tu autem, Domine,  
ne elongaveris auxilium  
tuum à me; \* ad defen-  
sionem meam conspice.

Erue à frænea, Deus,  
animam meam; \* &  
de manu canis unicam  
meam.

Salva me ex ore leõ-  
nis, \* & à cornibus  
unicornium humilitatem  
meam.

Narrabo nomen tuum  
fratribus meis; \* in me-  
dio ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Domi-  
num, laudate eum: \*

universum seme-  
glorificate eum.

Tímeat eum  
men Israel, \*  
non sprexit nequ-  
xit deprecation-  
peris:

Nec avertit  
suam à me; \*  
clamarem ad eu-  
dixit me.

*Altera divisio P.*

**A** pud te laus  
ecclesiæ in  
vota mea redda-  
spectu timèntium

Edent paúpe  
saturabuntur, &  
bunt Dóminum  
quírun eum:  
corda eórum in  
sæculi.

Reminiscen-  
vertentur ad Dó-  
universi fines te:

Et adorábunt  
spectu ejus \*  
familiæ géntium

Quoniam Dó-  
regnum, \* &  
minábitur génti

Manducavé-  
ravérunt omnes  
terræ: \* in

ejus cadent or-  
descendunt in t

Et ánima me-  
vet, \* & seme-  
serviet ipsi.

Annuntiábitur

venúra: \* & sunt cœli iustipópulo qui na-  
iucem fecit Dó-

læc récolens in o, ideò sperábo.

*m. I. Tim. 2.*

mediátor Dei ióminum homo Iesus, qui dedit bñem semetip-  
ómnibus.

Deus meus es le discésseris à uóniam non est et. \* Ne discésseris Glória. ꝛ. Deus.

ni insurrexérunt me; ꝛ. Dó-  
sceptor est áni-  
Pf. 33.

NONA M.

F. Mihi absit.

*Imus 30.*

ómine, sperávi, fundar in æter-  
in iustitia tua

ad me aurem accélera ut éruas

nihí in Deum em, & in do-  
úgii: \* ut sal-  
fácias.

iam fortitúdo refúgium meum

es tu; \* & propter no-  
men tuum dedúces me,  
& enútries me.

Edúces me de láqueo hoc quem abscondérunt mihi; \* quóniam tu es protector meus.

In manustuas commen-  
do spíritum meum: \* redemisti me, Dómine Deus veritátis.

Odisti observantes va-  
nitates \* supervácuè.

Ego autem in Dómino sperávi: \* exultábo, & lætabor in misericórdia tua.

Quóniam respexisti hu-  
militátem meam; \* sal-  
vastí de necessitátibus áni-  
mam meam.

Nec conclusisti me in  
mánibus inimíci; \* sta-  
tuiti in loco spatióso  
pedes meos.

*Divisio Psalmi 30.*

Miserére meí, Dómi-  
ne, quóniam tribu-  
lor: \* conturbátus est in  
ira óculus meus, ánima  
mea, & venter meus.

Quóniam defécit in  
dolóre vita mea, \* &  
anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in pau-  
pertáte virtus mea, \*  
& ossa mea conturbáta  
sunt.

Super omnes inimicos  
meos factus sum oppró-



brium, & vicinis meis  
valdè, \* & timor notis  
meis.

Qui vidébant me, fo-  
râs fugerunt à me : \*  
oblivioni datus sum tan-  
quam mórtuus à corde.

Factus sum tanquam  
vas pérditum ; \* quón-  
iam audívi vituperatió-  
nem multórum commo-  
rántium in circúitu.

In eo dum convenírent  
simul adversùm me ; \*  
accípere ánimam meam  
consiliáti sunt.

Ego autem in te spe-  
rávi, Dómine : \* dixi :  
Deus meus es tu ; in  
mánibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu ini-  
micórum meórum, \* &  
à persecúentibus me.

Illústra fáciem tuam  
super servum tuum ; sal-  
vum me fac in miseri-  
córdia tua ; \* Dómine,  
non confundar, quón-  
iam invocávi te.

Erubescant ímpii, & de-  
ducantur in infernum ; \*  
muta fiant lábia dolósa,

Quæ loquuntur adversùs  
justum iniquitatem, \* in  
supérbia, & in abusióne.

*Altera divisio Psalmi 30.*

Quàm magna multítu-  
do dulcédinis tuæ,  
Dómine, \* quam abscon-  
disti tíméntibus te !

Perfecisti e-  
rant in te, \* i  
filiórum hóm

Abscondes  
córdito faciè  
conturbatióne

Próteges ec-  
náculo tuo,  
dictiône ling

Benedictus  
quóniam mir-  
fericórdiam

in civitatè m

Ego autem  
cessu mentis r-  
jectus sum à

rum tuórum.

Idèd exauc-  
oratiónis me-  
clamárem ad

Diligite  
omnes sancti-  
niam veritatè

Dóminus,  
abundanter  
supérbiam.

Viríliter ág-  
fortétur cor  
omnes qui

Dómino.

*Ans.* Mihi :  
nisi in cruce  
stri Jesu Chri

*Capitulum.*

Caríssimi  
passus est  
vobis relinq

plum ut sequ-  
gia ejus.

*Et. br.* Ego,

In flagella parátus sum.  
 †. Et dolor meus in conspectu meo semper. \* In flagella parátus sum. Glória. κ. Ego, Dómine. *Pf.* 37.

†. In Deo salutáre meum & glória mea; κ. Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est. *Pf.* 61.

AD VESPERAS.

*Ant.* 4. A. Próprio Fílio suo.

*Psalmus* 128.

Sæpè expugnávérunt Sine à juventúte mea, \* dicat nunc Israël.

Sæpè expugnávérunt me à juventúte mea; \* benim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricávérunt peccátóres, \* prolongávérunt iniquitátem suam.

Dóminus justus concídit cervices peccátórum: \* confundantur & convertantur retrorsùm omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum, \* quod priusquam evellátur, exáruit:

De quo non implévit nanum suam qui méit, \* & sinum suum qui naníulos cõlligit.

Et non dixerunt qui traxeribant: Benedíctio Dómini super vos; \* be-

nedíximus vobis in nómine Dómini.

*Psalmus* 129.

De profundis clamávi ad te, Dómine; \* Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes \* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine, \* Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est, \* & propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus, \* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, \* & copiósa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël \* ex ómnibus iniquitátibus ejus.

*Psalmus* 139.

Eripe me, Dómine, ab hómine malo; \* à viro iníquo éripe me.

Qui cogitávérunt iniquitátes in corde, \* totã die constituébant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut serpentis: \* venenum áspidum sub lábiis eórum.

Custodi me, Dómine, de manu peccatoris; \* & ab hominibus iniquis eripe me.

Qui cogitaverunt supplantare gressus meos, \* absconderunt superbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum, \* juxta iter scandalum posuerunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu; \* exaudi, Dómine, vocem deprecationis meæ.

*Divisio Psalmi 139.*

**D**ómine, Dómine, virtus salutis meæ, \* obumbrasti super caput meum in die belli.

Ne tradas me, Dómine, à desiderio meo peccatori: \* cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exalitentur.

Caput circúitús eórum: \* labor labiórúm ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejesicies eos: \* in misériis non subsistent.

Vir linguósus non dirigétur in terra: \* virum injustum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia faciet Dóminus júdicium iuo-

pis, \* & viderum.

Verúmtamtebuntur nóis & habitábur vultu tuo.

*Psalm*

**V**oce me: Num cla ce meâ ad D precátus sun

Erúndo: ejus oratióne & tribulatió ante ipsúm:

In deficié spíritum me cognovisti s

In via hac lábam, \* : laqueum m:

Considerá teram, & vi non erat qui me.

Périit fug: non est qui mam meam.

Clamávi a ne; \* dixi: mea, pórtio vivéntium.

Intende a: nem meam miliátus surr

Libera me tibus me, \* tati sunt sup

Educ de c mam meam

ni tuo : \* me  
justi , donec  
ihi.

proprio Filio suo  
it Deus ; sed  
omnibus trá-

. Rom. 8.

. II. Cor. 5.

Christi urget  
timantes hoc ,  
unus pro om-  
nis est , ergo  
tui sunt. Et  
bus mortuus  
; , ut & qui  
um non sibi  
d ei qui pro  
us est.

mus.

, Mortales ,  
vi

uos premunt

is in terras

tis pignus est.  
mundi Vícti-

on fervas mo-

: venis tuor?

isse súfficit.

us hoc Amor

: leges tibi.

impónit cru-

nti fit levis.

, Christe , nos

: N \*

Salvare sic mundum ju-  
vat ?

O ter beátum ! cui licet  
Tecum pati , tecum mori.

QUI nos creávit , laus  
Patri ;

Qui nos redémit , Filio :  
Fovens redemptos grátia ,

Sit par tibi laus , Spíritus.  
Amen.

ÿ. Deo subjecta esto ,  
ánima mea ; r. Quóniam  
ab ipso paciéntia  
mea. Ps. 61.

Ad Magnificat , Ant.  
1. d. Si quis non amat  
Dóminum nostrum Je-  
sum Christum , sit aná-  
thema. I. Cor. 16.

AD COMPLETORIUM.

Ans. 1. a. Dómine.

Psalmus 37.

Dómine , ne in furóre  
tuo árguas me , \*  
neque in ira tua corrip-  
pias me.

Quóniam sagittæ tuæ  
infixæ sunt mihi , \* &  
confirmasti super me ma-  
num tuam.

Non est sánitas in carne  
mea à facie iræ tuæ : \* non  
est pax óssibus meis à facie  
peccatórum meórum.

Quóniam iniquitates  
meæ supergressæ sunt ca-  
put meum , \* & sicut  
onus grave gravatæ sunt  
super me.

Putuérunt & corruptæ

sunt cicatrices meæ, \* à  
facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, &  
curvatus sum usque in  
finem; \* totâ die contri-  
stus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei im-  
pleti sunt illusionibus, \*  
& non est sanitas in car-  
ne mea.

Afflictus sum & humi-  
liatus sum nimis, \* ru-  
giebam à gemitu cordis  
mei.

Domine, ante te omne  
desiderium meum; \* &  
gemitus meus à te non est  
absconditus.

*Divisio Psalmi 37.*

**C**or meum conturbá-  
tum est, dereliquit  
me virtus mea; \* & lu-  
men oculorum meorum,  
& ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi  
mei \* adversum me ap-  
propinquaverunt & stete-  
runt.

Et qui juxta me erant,  
de longè steterunt, \* &  
viam faciébant qui quere-  
bant animam meam.

Et qui inquirebant mala  
mihi, locuti sunt vanita-  
tes, \* & dolos totâ die  
meditabantur.

Ego autem tanquam  
surdus non audiebam, \*  
& sicut mutus non apé-  
riens os suum.

Et factus sum  
mo non audien-  
non habens in  
redargutiones.

Quoniam in  
mine, speravi: \*  
dies me, Domi-  
meus.

Quia dixi: N  
supergaudeant i-  
mici mei; \* & d-  
moventur pedes  
per me magna lo-

Quoniam ego  
gella paratus fui  
dolor meus in  
meo semper.

Quoniam ini-  
meam annuntiâ  
cogitabo pro  
meo.

Inimici autem  
vunt, & confir-  
super me; \* &  
câti sunt qui oc-  
iniquè.

Qui retribuunt  
pro bonis, de-  
mihi, \* quonia-  
bar bonitatem.

Ne derelinqu-  
Domine Deus  
ne discèsseris à

Intende in ac-  
meum, \* Dón-  
salutis meæ.

*Psalmus*

**M**iserere mei  
quoniam  
cavit me hon-

In me sunt, Deus, vota tua quæ reddam, \* laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu; \* ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Ant. Domine, ante te omne desiderium meum; & gemitus meus à te non est absconditus.

S A B B A T O.

A D L A U D E S.

Ant. 2. D. Non sunt.

Psalmus 57.

Si verè utique iustitiam loquimini, \* recta iudicâte, filii hominum.

Etenim in corde iniquitates operâmini; \* in terra iniustitias manus vestræ concinnant.

Alienati sunt peccatores à vulva, erraverunt ab útero: \* locuti sunt falsa.

Furor illis secundùm similitudinem serpentis, \* sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas;

Quæ non exaudit vocem incantantium, \* & venéfici incantantis sapienter.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: \* molas leonum confringet Dominus.

Ad nihilum deveniunt.

sunt cicatrices meæ, \* à  
facie insipientiæ meæ.

Miser factus sum, & conturbatus sum usque in finem; \* totã die contristatus ingrediebar.

Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, \* & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis, \* rugiebam à gemitu cordis mei.

Domine, ante te omne desiderium meum; \* & gemitus meus à te non est absconditus.

*Divisio Psalmi 37.*

**C**or meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea; \* & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei \* adversum me appropinquaverunt & steterunt.

Et qui juxta me erant, de longè steterunt, \* & vim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, \* & dolos totã die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam, \* & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens, \* & non habens in ore suum fedargutiones.

Quoniam in te, Domine, speravi: \* tu es dies me, Domine Deus meus.

Quia dixi: Nequand supergaudeant mihi inimici mei; \* & dum commoventur pedes mei, super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum, \* & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, \* & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei veniunt, & confirmati sunt super me; \* & multiplicati sunt qui oderunt iniquum.

Qui retribuunt malum pro bonis, detrahentur mihi, \* quoniam sequabar bonitatem.

Ne derelinquas me Domine Deus meus; ne discesseris à me.

Intende in adiutorium meum, \* Domine Deus salutis meæ.

*Psalmus 55.*

**M**iserere mei, Domine, quoniam concitavit me homo: \* &

ms tribulavit

rerunt me ini-  
â die ; \* quô-  
bellantes ad-

line diéi timé-  
erò in te spe-

udábo fermón-  
in Deo sperá-  
timébo quid  
caro.

: verba mea  
x ; \* adver-  
mnes cogita-  
m in malum.  
ant & abscon-  
si calcâneum  
rvábunt.

timéerunt âni-  
a , pro nihilo  
is illos : \* in  
confringes.

tam meam an-  
oi : \* posuisti  
neas in con-

in promissione  
: convertentur  
i retrorsum.

umque die in-  
e , \* ecce co-  
oniam Deus

laudábo ver-  
ómino laudá-  
m : \* in Deo  
n timébo quid  
i homo,

In me sunt, Deus, vo-  
ta tua quæ reddam, \*  
laudationes tibi.

Quoniam eripuisti âni-  
mam meam de morte, &  
pedes meos de lapsu ; \*  
ut placeam coram Deo  
in lumine viventium.

*Ant.* Dómine, ante te  
omne desiderium meum ;  
& gémitus meus à te non  
est absconditus.

S A B B A T O.

A D L A U D E S.

*Ant.* 2. D. Non sunt.

*Psalms* 57.

**S**i verè útique iustitiam  
loquimini, \* recta ju-  
dicáte, filii hómimum.

Etenim in corde iniqui-  
tates operâmini ; \* in  
terra injustitias manus  
vestræ concinnant.

Alienâti sunt peccató-  
res à vulva, erraverunt  
ab útero : \* locúti sunt  
falsa.

Furor illis secundum si-  
militudinem serpentis, \*  
sicut áspidis surdæ, &  
obturantis aures suas ;

Quæ non exáudiet vo-  
cem incantantium, \* &  
venéfici incantantis sa-  
pienter.

Deus cónteret dentes  
eórum in ore ipsórum : \*  
molas leónum confringet  
Dóminus.

Ad nihilum devénient



tanquam aqua decurrens: \* intendit arcum suum, donec infirmetur.

Sicut cera quæ fluit, auferentur: \* supercædit ignis, & non videntur solem.

Priusquam intelligerent spinæ vestræ ramnum, \* sicut viventes, sic in ira absorbet eos.

Lætabitur justus, cum viderit vindictam: \* manus suas lavabit in sanguine peccatoris.

Et dicet homo: Si utique est fructus justo; \* utique est Deus iudicans eos in terra.

*Psalmus 66.*

**D**eus misereatur nostri, & benedicat nobis: \* illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri;

Ut cognoscamus in terra viam tuam, \* in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi, Deus: \* confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, \* quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi, Deus, confiteantur

tibi populi: terra dedit

Benedicatur

Deus nostris: nos Deus, eum omne

*Psalmus*

**N**otus in Iliis: nomen eius

Et factus locus eius, ejus in Sic

Ibi confectus arcuum, \* diem & t

Illuminatus: litera monentur turbati surpientes co-

Dormientium, \*

nerunt ontiarum in

Ab increpatus Deus Jacob: verunt quos equos.

Tu terris resistet tibi tua.

De cælesti iudicium tremuit &

Cum exitium Deus faceret ori terræ.

Quoniam ministris conf

& reliquæ cogitationis  
diem festum agent tibi.

Vovete, & reddite Dó-  
mino Deo vestro, \* om-  
nes qui in circúitu ejus  
affertis múnera ;

Terríbili, & ei qui au-  
fert spíritum princípum, \*  
terríbili apud reges terræ.

*Cantic. Moysi, Deut. 32.*

**A**udite, cæli, quæ lo-  
quor ; \* aúdiat terra  
verba oris mei.

Concresecat ut plúvia  
doctrína mea ; \* fluat ut  
ros elóquium meum.

Quasi imber super her-  
bam, & quasi stillæ super  
grámina : \* quia nomen  
Dómini invocábo.

Date magnificéntiam  
Deo nostro : \* Dei per-  
fecta sunt ópera, & om-  
nes viæ ejus júdicia.

Deus fidélis, & absque  
ulla iniquitáte, \* jústus  
& rectus.

Peccavérunt ei, & non  
filii ejus in sórdibus, \*  
generátio prava atque  
perversa.

Hæccine reddis Dó-  
mino, \* pópule stulte &  
insípiens ?

Numquid non ipse est  
pater tuus, \* qui possé-  
dit te, & fecit & créa-  
vit te ?

Memento dícrum anti-

N ;

quórum ; \* cogita gene-  
ratiónes síngulas.

Intérroga patrem tuum,  
& annúciábit tibi ; \*  
majóres tuos, & dicent  
tibi :

Quando dividébat Al-  
tílianus gentes, \* quando  
separábat filios Adam ?

Constituit términos po-  
pulórum \* júxta núme-  
rum filiórum Israél.

Pars autem Dómini pó-  
pulus ejus ; \* Jacob funí-  
culus hæredicátis ejus.

Invénit eum in terra  
deserta, \* in loco hor-  
róris, & vastæ solitú-  
dinis.

Circumduxit eum, &  
dócuít, \* & custodívit  
quasi pupillam óculi sui.

Sicut áquila próvo-  
cans ad volandum pullos  
suos, \* & super eos vó-  
litans,

Expandit alas suas, &  
assumpiit eum, \* atque  
portávit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus  
fuit, \* & non erat cum  
eo Deus aliénus.

Constituit eum super  
excelsam terram, \* ut  
coméderet fructus agró-  
rum :

Ut síferet mel de pe-  
tra, \* oleúmque de saxo  
duríssimo ;

Bútyrum de armento,

& lac de óvibus ; \* cum ádipe agnórum & aríe- rum filiórum Basan :

Et hircos cum medulla trítici , \* & sánguinem uvæ bíberet meracíssimum.

Incrasátus est dilectus, & recalcitrávit : \* incrasátus , impinguátus , dilatátus.

Derelíquit Deum factórem suum , \* & recessit à Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in diis aliénis ; \* & in abominatióibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmóniis , & non Deo , \* diis quos ignorábant.

Novi recentésque venérunt , \* quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuít , dereliquísti ; \* & oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus , & ad iracúndiam concitátus est ; \* quia provocavérunt eum filii sui , & filia.

Et ait : Abscondam fáciem meam ab eis , \* & considerábo novíssima eórum.

Generátio enim perversa est , \* & infidéles filii.

Ipsi me provocavérunt in eo qui non erat Deus ; \*

& irritavérunt tibus suis.

Et ego prov in eo qui non lus , \* & in g irritábo illos.

Ignis succen furóre meo , bit usque ad i víssima.

Devorabítque cum gérmine móntium fu combúret.

Congregábo mala , \* & sag complébo in e

Consumentu & devorábunt morsu amaríssi

Dentes besti mittam in eos furóre trahénti terram , atque tium.

Foris vastábi dius , & intus júvenem simul nem , lactenter mine sene.

Dixi : Ubina cessáre fáciam nibus memoria

Sed propter micórum dísti fortè superbíre eórum ,

Et dicerent : stra excelsa , \* minus , fecit h

Gens absque consilio est, & sine prudentia : \* sciamam sciperent & intelligerent, ac novissima providerent !

Quomodo persequatur unus mille, \* & duo fugent decem millia.

Nonne ideo quia Deus suos vendidit eos, \* & Dominus conclusit illos ?

Non enim est Deus noster ut dii eorum ; \* & inimici nostri sunt iudices.

De vinea Sodomorum vinea eorum, \* & de suburbanis Gomorrhæ.

Uva eorum, uva fellis, \* & botri amarissimi.

Fel draconum vinum eorum, \* & venenum aspidum insanabile.

Nonne hæc condita sunt apud me, \* & signata in thesauris meis ?

Mea est ultio, & ego retribuam in tempore, \* ut labatur pes eorum.

Juxta est dies perditionis, \* & adesse festinant tempora.

Judicabit Dominus populum suum ; \* & in servis suis miserabitur.

Videbit quod infirmata sit manus ; \* & clavi quoque defecerunt, residuque consumpti sunt.

Et dicat : Ubi sunt dii

eorum, \* in quibus habebant fiduciam ;

De quorum victimis comedebant adipem, \* & bibebant vinum libaminum ?

Surgant, & opitulentur vobis, \* & in necessitate vos protegant.

Videte quod ego sum solus, \* & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego vivere faciam ; percutiam, & ego sanabo ; \* & non est qui de manu mea possit erüere.

Levabo ad cælum manum meam, & dicam : \* Vivo ego in æternum.

Si acüero ut fulgur gladium meum, \* & arripuerit iudicium manus mea ;

Reddam ultionem hostibus meis ; \* & his qui oderunt me, retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine, \* & gladius meus devorabit carnes,

De cruore occisorum ; \* & de captivitate nudati inimicorum capitis.

Laudate, gentes, populum ejus ; \* quia sanguinem servorum suorum ulciscetur.

Et vindictam retribuet in hostes eorum, \* & propitius erit terræ populi sui.

*Psalmus 116.*

**L**audáte Dóminum ,  
Lomnes gentes : \* lau-  
dáte eum , omnes pópuli.

Quóniam confirmáta  
est super nos misericórdia  
ejus, \* & véritas Dómini  
manet in æternum.

*Ant.* Non sunt condi-  
gnæ passiones hujus tém-  
poris ad futúram glóriam  
quæ revelábitur in nobis.

*Rom. 8.**Capitulum. I. Cor. 9.*

**N**escítis quòd ii qui in  
stádio currunt , om-  
nes quidem currunt ; sed  
unus accipit bravíum ?  
Sic cúrrite ut comprehen-  
dátiis.

*Hymnus.*

**P**UGNATE , Christi mí-  
lites ;  
Fortes fide resístite :  
Immensa promísit Deus  
Pio labóri præmia.

NON ille fluxas ac leves  
Palmas dabit vincénti-  
bus ;

Sed lucis æternæ decus ,  
Et pura semper gaúdia.

MENTES beátas éxcipit  
Formósa cœlitum domus ;  
Hic turba cœlis áltior  
Subjecta calcat sídera.

CADUCA vobis præmia  
Offert levis mundi fa-  
vor :

Vultus ad astra tóllite ;  
En ipse fit merces Deus.

HUC certa

évocat :

Huc vota ter d  
Nec térreat br  
Æterna quos i  
net.

QUI nos co  
Patri ;

Qui nos redén  
Almâ juvans i  
Sit par tibi lau  
Amen.

ψ. Dómine,  
scet in monte

ꝛ. Qui ingrédi  
cula , & ope  
tiam. *Pf. 14.*

*Ad Bened.*

Vitam illam  
quam Deus da  
qui fidem suar  
mutant ab ec

A D P R :

*Ant. 7. d.**Psalmus*

**B**eátus qui i  
per egénu  
perem : \* in e  
berábit eum :

Dóminus  
eum , & viv  
& beátum fá  
terra ; \* &  
eum in ánit  
córur ejus.

Dóminus  
illi super les  
ejus : \* univ  
tum ejus verfi  
mitáte ejus.

I : Dómine , usque in sèculum : \*  
mei : \* sana Fiat , fiat.

neam , quia  
i.

mei dixerunt  
i : \* Quando  
& peribit no-

rediebatur ut  
vana loquebá-  
ejus congregá-  
átem sibi.

átur foràs , \*  
ur in idipsum.  
m me susurrá-  
rinimíci mei , \*  
me cogitábant

iniquum con-  
dversum me ; \*  
ui dormit , non  
refurgat ?

homo pacis  
to sperávi , \*  
panes meos ,  
vit super me  
iónem.

m , Dómine ,  
eí , & resúscita  
etribuam eis.

cognóvi quó-  
isti me , \* quó-  
gaudébit ini-  
is super me.

m propter in-  
suscepisti , \*  
asti me in con-  
in æternum.

stus Dóminus  
il à sèculo , &

*Psalms 98.*

Dóminus regnávit ,  
Dirascantur pópuli : \*  
qui sedet super Chéru-  
bim , moveátur terra.

Dóminus in Sion ma-  
gnus , \* & excelsus super  
omnes pópulos.

Confiteantur nómini  
tuo magno , quóniam ter-  
ribile & sanctum est ; \*  
& honor regis iudicium  
diligit.

Tu parasti directi-  
ones : \* iudicium & justí-  
tiam in Jacob tu fecisti.

Exaltáte Dóminum  
Deum nostrum , & ado-  
ráte scabellum pedum  
ejus , \* quóniam san-  
ctum est.

Móyses & Aaron in sa-  
cerdótibus ejus , \* & Sá-  
muel inter eos qui invo-  
cant nomen ejus.

Invocábant Dóminum ,  
& ipse exaudiébat eos : \*  
in columna nubis loque-  
bátur ad eos.

Custodiébant testimó-  
nia ejus , \* & præceptum  
quod dedit illis.

Dómine Deus noster , tu  
exaudiébas eos : \* Deus ,  
tu propítius fuisti eis , &  
ulciscens in omnes adin-  
ventiones eórum.

Exaltáte Dóminum

Deum nostrum, & adoráre in monte sancto eius; \* quóniam sanctus Dóminus Deus noster.

*Psalmus 107.*

**P**arátum cor meum, Deus, parátum cor meum: \* cantábo & psallam in glória mea.

Exurge, glória mea; exurge, psaltérium & cithara: \* exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in populis, Dómine; \* & psallam tibi in nationibus.

Quia magna est super cœlos misericórdia tua, \* & usque ad nubes veritas tua.

Exaltáre super cœlos Deus, \* & super omnem terram glória tua.

Ut liberentur dilecti tui: \* salvum fac dextera tuá, & exaudi me.

Deus locútus est in sancto suo: \* exultábo, & dívidam Síchimam; & convallem tabernaculorum dimétiar.

Meus est Gálaad, & meus est Manasses: \* & Ephraim suscéptio cápitis mei.

Juda rex meus, \* Moab lebes spei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: \* mihi alienígenæ amici facti sunt.

Quis devitátem me dedúcet meam?

Nonne tu repulisti ne exíbis, Deus nostris.

Da nobis tribulatióne na salus hâ

In Deo factem; \* & ip dedúcet iní

*Ant.* Conre per angul

*Luc.* 13.  
A D T E  
*Ant.* 4. a. V  
*Psalm*

**D**ómine meæ, mávi & no

Intret in orátio mea aurem tuam meam.

Quia rep ánima mea, inferno appi

Æstimátus scendéntibus factus sum sine adjutór tuos liber.

Sicut vu mientes in quorum no ampliùs, \* nu tua repu Posúerun

in tenebró-  
bra mortis.  
confirmátus  
s, \* & om-  
os induxisti

isti notos  
\* posuérun-  
tionem sibi.  
im, & non  
\* óculi mei  
ræ inópia.  
salmi 87.

d te, Dó-  
orâ die; \*  
te manus

mórtuis fá-  
i; \* aut mé-  
unt, & con-  
si?

narrábit áli-  
chro miseri-  
n, \* & veri-  
perditíone?  
cognoscen-  
is mirábilia  
ticia tua in  
nis?

e, Dómine,  
c mane orá-  
véniet te.

Dómine, re-  
cin meam; \*

a tuam à me?

m ego, &

à juventúte  
átus autem,  
um & con-

In me transférunt iræ  
tuæ, \* & terróres tui con-  
turbavérunt me.

Circumdedérunt me si-  
cut aqua totâ die; \* cir-  
cumdedérunt me simul.

Elongasti à me amí-  
cum & próximum; \* &  
notos meos à miséria.

*Psalmus 149.*

**C**antáte Dómino cán-  
ticum novum; \* laus  
ejus in ecclésia sanctó-  
rum.

Lætétur Israël in eo  
qui fecit eum, \* & filii  
Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in  
choro: \* in tympano &  
psalterio psallant ei.

Quia beneplácitum est  
Dómino in pópulo suo; \*  
& exaltábit mansuétos in  
salútem.

Exultábunt sancti in  
glória; \* lætabuntur in  
cubílibus suis.

Exaltatiónes Dei in  
gútture eórum, \* & glá-  
dii ancípites in má nibus  
eórum:

Ad faciendam vindi-  
ctam in natió nibus, \* in-  
crepatió nes in pópulis:

Ad alligandos reges eó-  
rum in compédibus, \* &  
nóbiles eórum in máncis  
férreis;

Ut fá ciant in eis judí-  
cium conscriptum: \* gló-



ria hæc est omnibus sanctis ejus.

*Ant.* Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso Dei mei.

*Apoc. 2.*

*Capitulum. Apoc. 2.*

**V**incenti dabo manna abicónditum, & dabo illi cálculum cándidum; & in cálculo nomen novum scriptum quod nemo scit, nisi qui accipit.

*R. br.* Justi \* Hæreditábunt terram. *ψ.* Et inhabitábunt in séculum séculi super eam. \* Hæreditábunt terram. Glória.

*R.* Justi. *Pf.* 36.

*ψ.* Viríliter ágite, & confortétur cor vestrum, *R.* Omnes qui sperátis in Dómino. *Pf.* 30.

A D S E X T A M.

*Ant.* 1. g. Unusquisque.

*Psalms* 100.

**M**isericórdiam & júdícium \* cantábo tibi, Dómine.

Psallem, & intélligam in via immaculáta: \* quando vénies ad me?

Perambulábam in innocéntia cordis mei \* in médio domus meæ.

Non proponébam ante oculos meos rem injústam; \* facientes prævaricatiónes odívi.

Non adhæsit mihi pravum; \* declinaui à me inalignum non gnoscébam.

Detrahentem se próximo suo, \* persequébar.

Superbo óculo, & satiábili corde, \* hoc non edébam.

Oculi mei ad finem terræ, ut sédeant cum: \* ambulans in immaculáta, hic ministrábat.

Non habitábit in domo domus meæ quæ cit supérbiam: \* qui quitur iníqua, non xit in conspéctu oculorum meórum.

In matutíno interbam omnes peccatores terræ, \* ut dispéred de civitáte Dómini nes operantes iniquitatem.

*Psalms* 108.

**D**eus, laudem réne tacúeris, \* os peccatóris, & os super me apertum.

Locúti sunt ad me me linguà dolósá; sermónibus ódii circumdédérunt me, & expvérunt me gratis.

Pro eo ut me diligédetráhébant mihi; autem orábam.

Et posuerunt adversum  
eum mala pro bonis, \* &  
etiam pro dilectione  
sua.

Constitu super eum  
peccatorem; \* & diabolum  
suet à dextris ejus.

Quomodo iudicatur, exeat  
condemnatus; \* & oratio  
sua fiat in peccatum.

Fiant dies ejus pauci, \*  
& episcoporum ejus acci-  
piat alter.

Fiant filii ejus orpha-  
ni, \* & uxor ejus vidua.

Nutantes transferantur  
filii ejus, & mendicent; \*  
& ejiciantur de habitatio-  
nibus suis.

Scrutetur fornicator om-  
nem substantiam ejus, \*  
& diripiant alieni labo-  
res ejus.

Non sit illi adjutor, \*  
nec sit qui misereatur pu-  
pillis ejus.

Fiant nati ejus in inter-  
itum: \* in generatione  
sua deleatur nomen ejus.

In memoriam redeat  
iniquitas patrum ejus in  
conspetu Domini; \* &  
peccatum matris ejus non  
deleatur.

Fiant contra Dominum  
semper: & dispercat de  
terra memoria eorum; \*  
pro eo quod non est re-  
cordatus facere miseri-  
cordiam.

*Estiva.* O \*

Et persecutus est homi-  
nem inopem & mendici-  
cum, \* & compunctum  
corde, mortificare.

Et dilexit maledictio-  
nem, & veniet ei: \* &  
noluit benedictionem, &  
elongabitur ab eo.

Et induit maledi-  
ctionem sicut vestimen-  
tum; \* & intravit sicut  
aqua in interiora ejus,  
& sicut oleum in omnibus  
ejus.

Fiat ei sicut vestimen-  
tum quo operitur; \* &  
sicut zona qua semper  
praecingitur.

Hoc opus eorum qui  
detrahunt mihi apud Do-  
minum; \* & qui loquun-  
tur mala adversus ani-  
mam meam.

*Divisio Psalmi 108.*

**E**t tu, Domine, Do-  
mine, fac mecum  
propter nomen tuum, \*  
quia suavis est misericor-  
dia tua.

Libera me, quia egenus  
& pauper ego sum, \*  
& cor meum conturbatum  
est intra me.

Sicut umbra cum decli-  
nat, ablatus sum, \* &  
excussus sum sicut locu-  
sta.

Genua mea infirmata  
sunt a jejuniis, \* & caro

mea immutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobrium illis : \* viderunt me , & moverunt capita sua.

Adjuva me , Domine Deus meus : \* salvum me fac secundum misericordiam tuam.

Et sciant quia manus tua hæc : \* & tu , Domine , fecisti eam.

Maledicent illi , & tu benedices : \* qui insurgunt in me ; confundantur ; servus autem tuus lætabitur.

Induantur , qui detrahunt mihi , pudore : \* & operiantur sicut diluide confusione sua.

Confitebor Domino nimis in ore meo , \* & in medio multorum laudabo eum.

Quia assistit à dextris pauperis , \* ut salvam faceret à persecutentibus animam meam.

*Ant.* Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suam laborem. *I. Corinth. 3.*

*Capitulum. II. Cor. 4.*

**Q**uod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ , supra modum in subli-

mitate ætæ pondus operibus.

*Rz. br.* Erit enim , \* Cæcus ejus. *ψ.* Uti capias terram viam ejus. *C. pecta. Psf.*

*ψ.* Judicia vera ; *Rz.* Iudicia illis retrahentur. *Psf. 18.*

A D N

*Ant. 8. c.*

*Psaln*

**D**eus , reprobos destruet ; iratus es , & nobis.

Commovebitur & conturbabitur terra sana contritione quia commovebitur.

Ostendit dura ; \* potest compunctio.

Dedisti rem significatiōem faciant à faci-

Ut liberati : \* salvari tuam , & e-

Deus locutus suo : \* partabor sic convallem

rum metibus

Meus est meus est M-

Abraham fortitudo capitis  
mei.

Juda rex meus, \*  
Moab olla spei meae.

In Idumaeam extendam  
pallamentum meum; \*  
mihi alienigenae subditi  
sunt.

Quis deducet me in ci-  
vitatem munitam? \*  
quis deducet me usque in  
Idumaeam?

Nonne tu, Deus, qui  
expulisti nos; \* & non  
predieris, Deus, in vir-  
tutibus nostris?

Da nobis auxilium de  
tribulatione, \* quia va-  
sa salus hominis.

In Deo faciemus virtutem;  
\* & ipse ad nihilum  
deducet tribulantes  
nos.

*Psalmus 78.*

Deus, venerunt gen-  
tes in hereditatem  
nostram, polluerunt tem-  
plum sanctum tuum, \*  
construxerunt Jerusalem in  
morum custodiam.

Posuerunt morticina  
in altariis tuorum, escas  
in altariis caeli, \* car-  
nes sanctorum tuorum  
in altariis terrae.

Effuderunt sanguinem  
nostrum tanquam aquam  
in circuitu Jerusalem; \*  
non erat qui sepeliret.  
Facti sumus oppro-

*Q. 2*

brum vicinis nostris; \*  
subannatio & illusio his  
qui in circuitu nostro  
sunt.

Usquequò, Domine,  
irascéris in finem? \*  
accendetur velut ignis  
zelus tuus?

Effunde iram tuam in  
gentes quae te non nové-  
runt, \* & in regna quae  
nomen tuum non invoca-  
verunt.

Quia comederunt Ja-  
cob, \* & locum ejus de-  
solaverunt.

Ne memineris iniqui-  
tatum nostrarum anti-  
quarum; citò anticipent  
nos misericordiae tuae, \*  
quia pauperes facti sumus  
nimis.

Adjuva nos, Deus sa-  
lutaris noster; \* & pro-  
pter gloriam nominis  
tui, Domine, libera nos.

Et propitius esto peccá-  
tis nostris \* propter no-  
men tuum.

Ne fortè dicant in gen-  
tibus: \* Ubi est Deus  
eorum?

Et innotescat in natió-  
nibus coram oculis no-  
stris \* ultio sanguinis  
servorum tuorum, qui  
effusus est.

Intróeat in conspectu  
tuo \* gemitus compedi-  
torum.

Secundum magnitudinem brachii tui \* posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, \* improperium ipsorum quod exprobraverunt tibi, Domine.

Nos autem populus tuus, & oves pascuæ tuæ, \* confitebimur tibi in seculum.

In generationem & generationem \* annuntiabimus laudem tuam.

*Psalms 82.*

**D**eus, quis similis erit tibi? \* ne taceas, neque comescaris, Deus.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt; \* & qui oderunt te, extulerunt caput.

Super populum tuum malignaverunt consilium, \* & cogitaverunt adversus sanctos tuos.

Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente, \* & non memoretur nomen Israël ultra.

Quoniam cogitaverunt unanimiter: \* simul adversum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitarum.

Moab, & Agaræni, Gebal, & Ammon, & Amalec, \* alienigenæ

cum habitantibus eorum.

Etenim Assur venit illis: \* facti sunt in autarium filiis Lot.

Fac illis sicut Madian & Sísaræ, \* sicut Jethan in torrente Cisson.

Disperierunt in dor; \* facti sunt uti cus terræ.

Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, \* Zébee & Sálmana:

Omnes principum, \* qui dixerunt Hæreditate possideat sanctuarium Dei.

Deus meus, pone ut rotam, \* & sicut stela ante faciem ventis.

Sicut ignis qui comburit silvam, \* & in flamma comburentes;

Ita persequeris ille tempestate tua, \* & ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominiam, \* & crepent nomen tuum, mine.

Erubescant & turbentur in seculum culi, \* & confundantur & pereant.

Et cognoscant quia tuus es Dominus: solus Altissimus in terra.

ui ámbulat in  
iste in excelsis  
; Regem in de-  
vidébunt óculi  
; 3.

*in. Galat. 6.*

facientes non  
ámus ; tẽmpore  
metẽnus non  
s. Ergò , dum  
bẽmus , operẽ-  
m.

Quærite Dõmi-  
confirmámini.  
te faciẽm ejus  
\* Et confirmá-  
bria. R. Quæ-  
104.

qui custodiunt  
; R. Et faciunt  
in omni tẽm-  
105.

ESPERAS

UNT PRIMÆ  
OMINICA.

*Duplex.*

D. Convertere.  
*Inus 114.*

; quõniam exaú-  
Dõminus \* vo-  
iõnis meæ.

inclinávit aurem  
i , \* & in diẽ-  
invocábo.

ndederunt me  
mortis , \* & pe-  
erni invenérunt

atiõnem & do-

O ;

lórem invéni , \* & no-  
men Dõmini invocávi.

O Dõmine , líbera áni-  
mam meam , \* miséricors  
Dõminus & justus , &  
Deus noster miseretur.

Custodiens párvulos  
Dõminus : \* humiliátus  
sum , & liberávit me.

Convertere , áni-  
mea , in réquiem tuam , \*  
quia Dõminus benefecit  
tibi.

Quia erípuit ánimam  
meam de morte , \* óculos  
meos à lácrymis , pedes  
meos à lapsu.

Placébo Dõmino \* in  
regiõne vivõrum.

*Ant.* Convertere , áni-  
ma mea , in réquiem  
tuam , quia Dõminus be-  
nefecit tibi.

*Ant. 1. a.* Latátus sum.

*Psalms 121.*

Latátus sum in his quæ  
Ldiéta sunt mihi : \* In  
domum Dõmini íbimus.

Stantes erant pedes no-  
stri \* in átriis tuis , Jerú-  
salem.

Jerúsalem quæ ædifi-  
cátur ut civitas , \* cujus  
participátiõ ejus in idi-  
psum.

Illuc enim ascendérunt  
tribus , tribus Dõmini ; \*  
testimõnium Israël ad  
confitendum nómini Dõ-  
mini.

Quia illíc sedérunt sedes in iudicio, \* sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem; \* & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtúte tua, \* & abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, \* loquēbar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, \* quæsívi bona tibi.

*Ant.* Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

*Ant.* 7. ç. Illíc.

*Psalms* 132.

**E**cce quàm bonum, & quàm iucundum \* habitáre fratres in unum!

Sicut unguentum in cápite \* quod descendit in barbam, barbam Aaron;

Quod descendit in oram vestimenti ejus, \* sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion;

Quóniam illíc mandávit Dóminus benedictiónem \* & vitam usque in féculum.

*Ant.* Illíc mandávit Dóminus benedictiónem, & vitam usque in féculum.

*Ant.* 2. D. 9. fúero.

*Psalms* 1

**S**uper flúmina Suis, illíc séc flévimus, \* cū darémur Sion.

In falicibus ejus \* suspēd gána nostrā.

Quia illíc ívérunt nos, & vos duxérunt verba cantiónu

Et qui al nos: \* Hymnu nobis de cántici

Quómoddò cánticum Dóm terra aliéna?

Si oblírus fú Jerúsalem, \* detur dextera

Adhæreat lín faucibus meis, memínero tuí;

Si non propc rúsalem \* in lætítiæ meæ.

Memor esto, filiótum Edom Jerúsalem;

Qui dicunt: te, exinaníte, ad fundamentu

Fília Babyló ra, \* beátus c buet tibi retri tuam, quam nobis.

ui tenébit , \*  
párvulos tuos

aúdiént verba mea , quó-  
niam potuérunt.

oblítus fúero  
lem , obliuio-  
xtera mea.

Sicut crassitúdo terræ  
erupta est super terram , \*  
dissipáta sunt ossa nostra  
secús infernum.

F. Ad te.  
us 140.

Quia ad te , Dómine ,  
Dómine , óculi mei : \*  
in te sperávi ; non aúferas  
ánimam meam.

, clamávi ad  
audi me : \*  
xi meæ cum  
ad te.

Custódi me à láqueo  
quem statuérunt mihi , \*  
& à scándalis operántium  
iniquitátem.

orátio mea  
sum in con-  
: \* elevátio  
teárum sacri-  
xertínium.

Cadent in retiáculo  
ejus peccatóres : \* singu-  
lariter sum ego , donec  
tránseam.

Dómine , cu-  
i meo , \* &  
umstántiæ lá-

Ant. Ad te , Dómine ,  
Dómine , óculi mei ; in  
te sperávi.

Capitulum. Hebr. 4.

ines cor meum  
ralitæ , \* ad  
excusatiónes

Relínquitur sabbatis-  
mus pópulo Dei. Qui  
enim ingressus est in ré-  
quiem ejus , étiam ipso  
requiévít ab opéribus  
suis , sicut à suis Deus.  
Festinémus ergo ingredí  
in illam réquiem.

minibus ope-  
niquitátem : \*  
nunicábo cum  
im.

Hymnus.

me justus in  
ia , & incre-  
óleum autem  
ion impinguet  
n.

QUÆ sex labórans per  
dies ,  
Terras polúmque cón-  
dit ,

n adhuc &  
\* in beneplá-  
1.

Die quiescens séptimâ ,  
Divína cesávit manus.

sunt juncti  
ces eórum ; \*

ÆTERNUS orbis Cón-  
ditor  
Hanc ipse factávit diem



Judæa quam, legis tenax,  
Piis colébat ritibus.

Et secun-  
dem miser-  
rum, \* de  
meam.

FÆDUS novum, ritus  
novos  
Christus dedit : Christo  
duce,  
Adoptiõnis fílios  
Jam sánctior manet quies.

Amplius  
iniquitate  
peccato me

FUGAVIT umbram vé-  
ritas,

Quõnia  
meam ego  
& peccatu

Antiqua cessant Sábbara :  
Jam lex amoris córdibus  
Inscripta mortáles regit.

Tibi so-  
malum co-

NON victimárum sán-  
guinis

ut justificé-  
bus tuis,  
judicáris.

Inánis ascendit vapor ;  
Cruóre sed litans suo

Ecce eni-  
tibus conc-  
& in pec-  
me mater

Fit nostra Christus vícti-  
ma.

Æ T E R N E tu Verbi  
Pater,

Ecce e-  
dilexisti ;  
occulta  
manifesta

Æterne Fili par Patri,  
Et par utríque Spíritus,  
Laudéris omni tempore.

Amen.

Asperge  
& mundál-  
me, & sup-  
bábor.

Ÿ. Deduc me, Dómi-  
ne, in via tua, R. Et  
glorificábo nomen tuum  
in æternum. *Pf. 85.*

Audítui-  
dium & l-  
exultábun-  
liáta.

*Ad Magnif. Antiphona  
habetur in Proprio. Ora-  
tio Dominicæ sequentis.*

Averte  
à peccáti  
omnes ir-  
dele.

*Postea si qua Commemo-  
ratio occurrit, fit hoc loco.*  
AD COMPLETORIUM.

*Ant. 8.g. Miserére meî.*

*Psalms 50.*

Miserére meî, Deus, \*  
secundùm magnam  
misericórdiam tuam.

Cor mu-  
me, Deus  
rectum in-  
bus meis.

Ne projicias me à facie  
 tua, \* & Spíritum san-  
 ctum ne auferas à  
 me.

Redde mihi lætítiam  
 lacrimis tui, \* & spírítu  
 principali confirma me.

Docébo iníquos vias  
 tuas, \* & impii ad te  
 convertentur.

Libera me de sanguini-  
 bus, Deus, Deus, salutis  
 meæ; \* & exultábit lin-  
 gua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea  
 aperies, \* & os meum an-  
 nuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses  
 sacrificium, dedissem  
 quæ: \* holocaustis non  
 lætaberis.

Sacrificium Deo spíri-  
 tu contribulátus: \* cor  
 contrítum & humiliá-  
 tum, Deus, non despí-  
 ces.

Benignè fac, Dómine,  
 bona voluntáte tua  
 meam, \* ut ædificentur  
 muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacri-  
 ficiu justítiæ, oblati-  
 onis & holocausta: \* tunc  
 propicius super altáre  
 meo vitulos.

*Psalmus 85.*

Inclína, Dómine, au-  
 rem tuam, & exaudi  
 me: \* quóniam inops &  
 miser sum ego.

Custódi ánimam meam,  
 quóniam sanctus sum: \*  
 saluum fac servum tuum,  
 Deus meus, sperantem  
 in te.

Miserére mei, Dómi-  
 ne, quóniam ad te cla-  
 mávi totà die: \* lætífi-  
 ca ánimam servi tui,  
 quóniam ad te, Dómine,  
 ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómi-  
 ne, suávis & mitis, \*  
 & multæ misericórdiæ  
 omnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe, Dómi-  
 ne, oratióem meam, \*  
 & intende voci depreca-  
 tiónis meæ.

In die tribulatiónis  
 meæ clamávi ad te, \*  
 quia exaudisti me.

Non est símilis tuí in  
 diis, Dómine, \* & non  
 est secundum ópera tua.

Omnes gentes quascun-  
 que fecisti, venient &  
 adorábunt coram te, Dó-  
 mine, \* & glorificábunt  
 nomen tuum;

Quóniam magnus es  
 tu, & faciens mirabilia, \*  
 tu es Deus solus.

*Divisio Psalmi 85.*

**D**educ me, Dómine,  
 in via tua, & ingréd-  
 iar in veritate tua: \*  
 lætétur cor meum, ut  
 timeat nomen tuum.

Confitebor tibi, Dómine.

ne Deus meus, in toto corde meo, \* & glorificábo nomen tuum in æternum.

Quia misericórdia tua magna est super me, \* & eruisti ánimam meam ex inferno inferióri.

Deus, iniqui insurrexérunt super me, & synagoga poténtium quæsiérunt ánimam meam; \* & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor & miséricors, \* pátiens, & multæ misericórdiæ, & verax,

Réspice i fetére meum tuum saluum fáci llæ tuæ.

Fac mecum bonum, ut odérunt me dantur; \*

Dómine, a & consolátur

*Ant.* Míll mine, quón mávi totá

*Hymnus*  
R. breue,  
*infra, ad C.*  
*Ferius per*

---

## IN FERIIS PER AN

### AD LAUDES.

*In Feriis Quatuor Temporum, & Vigiliis in quibus Laudes non sunt semiduplices, sequentes Preces dicuntur flexis genibus post Antiphonam ad Benedictus; & in Vesperis, post Antiphonam ad Magnificat.*

**K**yríe, eléison. *Chorus.* Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster. *secretò usque ad* *ψ.* Et ne nos inducas in tentationem; \* Sed libera nos a malo.

*ψ.* Ego d miserére n ánimam me cávi tibi. l

*ψ.* Conu ne: úsque precábilis e vos tuos.

*ψ.* Fiat tua, Dómi R. Quemá rávimus in

*ψ.* Sace: duantur ju sancti tul 131.

*ψ.* Orém

nostro N. R. hereditatem Dó- innocéntia cor- Ps. 77.

mus pro Antí- o N. R. Dómi- rvet cum, & cum. Ps. 40.

mus pro Rege . R. Dómine, ac Regem, & s in die quâ in- nus te. Ps. 19.

vum fac pópu- , Dómine, & ræreditati tuæ : : eos, & extolle te in æternum.

mor esto congre- uæ, R. Quam ab iníto. Ps.

ogáte quæ ap- int Jerúsalem : ex in virtúte tua ántia in túrribus .121.

émus pro frá- stris abséntibus. fac servos tuos, is, sperantes in .15.

infirmis, affli- aptívis. R. Lí- eus, Israël ex tribulatióibus .14.

o ómnibus fidé- unctis. R. Edú-

cat eos Dóminus in lu- cem, & vídeant justítiam ejus. Mich. 7.

Deinuc dicitur Psalm. 129. De profundis clamá- vi ad te, Dómine; \* Dó- mine, exaudi vocem meam. pag. 155. & in fine Glória Patri.

[ In Vesperis, ejus loco dicitur Psalm. 50. Misere- re mei, Deus, \* secun- dùm magnam misericór- diam tuam, pag. 176. & in fine Glória Patri. ]

Post Psalmum dicitur :

ψ. Dómine Deus vir- tútum, converte nos; R. Et ostende faciém tuam, & salvi érimus. Ps. 79.

ψ. Exurge, Dómine; ádjuva nos; R. Et rédi- me nos propter nomen tuum. Ps. 43.

ψ. Dómine; exaudi oratiónem meam; R. Et clamor meus ad te vé- niat. Ps. 101.

ψ. Dóminus vobiscum. R. Et cum spíritu tuo.

Oratio, si propria non assignatur, dicitur de Domínica præcedente.

Si facienda sit Com- memoratio alicujus Festi occurrentis, fit hoc loco, statim post Oratióem diei.

280 *In Feriis per An-*

*Deindè (in Feriis & Festis simplicibus) fiunt Suffragia ut sequitur.*

[ *In Officio Feriali tantum.*

*De sancta Cruce.*

*Ant.* Peccata nostra Christus pòrtulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mórtui, justitiæ vivámus. *I. Petr. 2.*

*ψ.* Redémit nos ab inimicis nostris; &c. Quóniam in æternum misericórdia ejus. *Pf. 135.*

*Orémus.*

**P**erpétuà nos, quæsumus, Dómine, pace custódi, quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignátus es, Salvátor mundi, Qui vivis & regnas Deus ].

[ *Si sequatur Officium parvum B. M. V. tunc fit integra conclusio: Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c. ψ. Dóminus vobiscum. v. Benedicámus. Deindè incipitur Officium parvum, quod dicitur juxta usum & consuetudinem locorum: si autem non dicatur, ejus loco fit Suffragium sequens ].*

*De B. Maria Virgine.*

*Ant.* Benedicte tu inter

no.  
Christi  
us pro  
us, ut  
pleni  
e Dei.

pacem; ut & corda no-  
stra mandatis tuis dedita,  
& , hólitium sublatá for-  
midine , témpora sint  
tuá protectióne tranquil-  
la ; Per Dóminum.

manus  
servó-  
Líbera  
dium.

ψ. Dóminus vobiscum.  
R. Et cum spíritu tuo.  
ψ. Benedicámus Dómi-  
no. R. Deo grátias.

imus ,  
mérita  
Pontí-  
is quos  
berná-  
a sem-

*Si aliud non sequitur*  
*Officium , secretò dicitur*  
*Fidélium ánimæ , &c.*  
*Et Pater noster.*

*Deindè Antiphona de*  
*Beata , &c.*

*Deniquè Divinum aus-*  
*xílium máneat semper*  
*nobiscum.*

R. Amen.

ECCLES.  
ragium  
inum é  
stitis ,  
riam].

A D P R I M A M.  
Pater. Ave. Credo. *se-*  
*cretò.*

Deus , in adjutórium

*Hymnus.*

nobis  
is , &  
diébus

JAM lucis orto sídere ,  
Deum precémur , sú-  
plices ,

rútem  
R. Dó-  
pópulo  
18.

Præfens benigno lúmine  
Nostros ut actus dírigat.

NIL lingua peccet , nil  
manus ;

Nil mens ináne cógitet ,  
In ore simplex véritas ,

In corde regnet caritas.

sancta  
ta con-  
ópera :  
quam  
poreft

INCÆPTA dum fluxer  
dies ,

☉ Christe , sis custos  
vigil.

Da mente scire quod doces;

Da corde, quod jubes, sequi.

Tu spes salutis; actuum

Tu finis & primordium:

Te, prosequamur, auspice,

Quæ, te favente, cœpi-  
mus.

ÆTERNÆ tu Verbi  
Pater,

Æternæ Fili par Patri,

Et par utriq̄ue Spiritus,  
Lauderis omni tempore.

Amen.

[ *In Feriali Officio, Antiphona dicitur secundum Feriam, eaque singulis diebus assignata est.*

*In Festis verò, Antiph. semper sumitur de Proprio vel de Communi, & Psalmi tantum dicuntur de Feria nisi aliter notetur; & sic ad alias Horas. ]*

*In Feriali Officio, Capitulum. Is. 33.*

**D**omine, miserere nostri; te enim expectavimus: esto brachium nostrum in mane, & salutis nostra in tempore tribulationis. *κ.* Deo gr̄atias.

*In Festivali Officio, dicitur sequens*

*Capitulum. I. Tim. 1.*

**R**egi seculorum immortalis, invisibilis, soli Deo, honor & glô-

ria in secula seculorum Amen.

*κ.* Deo gr̄atias.

*κ.* breve. *Christe Fi*

*Dei vivi, \* Miserere nobis.*

*ψ.* Qui sedes a

dexteram Patris, [ *H*

*ψ.* *semper dicitur in Fe*

*riis, quando alius no*

*est assignatus in Proprio.*

*\* Miserere nobis. Glôria*

*κ.* *Christe. Matth. 11*

*Tob. 8. Hebr. 1.*

*ψ.* Exurge, Dômine

adjuva nos; *κ.* Et redim

nos propter nomen tuum

*Psf. 43.*

### P R E C E S.

*Quando ad Laudes dicitur sunt Preces, hæ dicuntur flexis genibus.*

*In Semid. verò & supra & intra Octavas, omittuntur.*

**K**yrice, elêison. *Christe elêison. Kyrie, elêison.*

*Pater noster. secre-*

*usque ad ψ.* Et ne in-

inducas in tentationem

*κ.* Sed libera nos à mal-

*Credo in Deum secre-*

*usque ad ψ.* Carnis resu-

rectionem, *κ.* Vita

æternam. Amen.

*ψ.* Ego ad te, Dômine

clamavi; *κ.* Et mane or-

tio mea praxeniet *t*

*Psf. 87.*

itur os meum  
Ut cantem  
m., totâ die  
in tuam. *Pf.*

erte faciem  
câris meis ;  
s iniquitates  
*Pf.* 50.

undum crea  
is ; R. Et spî-  
m innova in  
reus. *Pf.* 50.

oficias me à  
R. Et spîri-  
m tuum ne  
re. *Pf.* 50.

e mihi læti-  
is tui ; R. Et  
ipâli confir-  
; 50.

*Preces non di-  
genibus, hęc  
: quando verò  
itur, adduntur  
sionem versus*

ias, Dómine,  
nihi ; R. Et  
s édoce me.

re me in ve-  
& doce me ;  
es Deus sal-  
. *Pf.* 24.

me, Dómine,  
malo ; R. A  
o éripe me.

me de ini-  
2

micis meis, Deus meus ;  
R. Et ab insurgéntibus in  
me libera me. *Pf.* 58.

Ÿ. Eripe me de ope-  
rântibus iniquitatem ;  
R. Et de viris sângui-  
num salva me. *Pf.* 58.

Ÿ. Deus, in adjutó-  
rium meum intende ;  
R. Dómine, ad adju-  
vandum me festina. *Pf.*  
69.

Ÿ. Delicta juventútis  
meæ & ignorántias meas  
ne memineris ; R. Sec-  
undum misericórdiam  
assumerem ;  
mittim. Sap

Ora

**D**eus, q  
Mariam

ginem ; Spí  
habítaculum

die in temp  
ri voluisti ; p

sumus, ut ef  
fúsione in ten

cuz præsent  
mur ; Per D

in unitate e  
A D H C

*Hymnorum*  
QUI natu

gine,  
Jesu, tibi s

Cum Patre i  
ritu

In sempitern  
Amen

A D P R  
Ant. 5. a

Dóminus.  
In 3. brev

**Nov. In Presentatione B. M. Virginis. 451**  
**le Maria Virgine.**

**1. 1.**

**TERTIAM.**  
**1. 2. D. Quæsi vi sa-**  
**am.**

*Capitulum.* Sap. 6.  
ra disciplinæ dilē-  
tio est, & dilēctio  
lia legum illius est:  
litio autem legum  
immatio incorrup-  
s est: incorruptio  
3 facit esse prōxi-  
Deo.

*br.* Propter inno-  
am suscepisti me,  
;\* All. all. Propter.  
confirmasti me in  
rectu tuo in æter-  
\* All. Glória. 27.  
ter. *Psf.* 40.

Adhæsit anima mea  
te; 27. Me suscepit  
ira tua. *Psf.* 52.

**SEXTAM.**  
**1. 4. E. A juven-**

*Capitulum.* Eccli. 17.  
agnosce justitias &  
judicia Dei, & sta-  
rte propositionis &  
ónis altissimi Dei.  
rtes vade sæculi san-  
cum vivis & dán-  
; confessionem Deo.

*br.* Exaudi, Dómi-  
rocem deprecationis  
; dum oro ad te:  
lelúia, all. Exaudi.  
dum extollo manus

meas ad templum san-  
ctum tuum. \* Allelúia.  
Glória. 27. Exaudi. *Psf.*  
27.

27. *ψ.* Circumdabo altáre  
tuum, Dómine: 27. Ut  
aúdiam vocem laudis,  
& enarrem universa mi-  
rabília tua. *Psf.* 25.

**AD NONAM.**

*Ant.* 6. F. In voce  
laudis.

*Capitulum.* Judith. 10.

**D**eus patrum nostro-  
rum det tibi grá-  
tiam, & omne consílium  
tui cordis suá virtúte  
corróboret; ut gloriétur  
super te Jerúsalem, &  
sit nomen tuum in nú-  
mero sanctorum & ju-  
storum.

27. *br.* Apud te laus  
mea in Ecclesiá magna;  
\* All. all. Apud. *ψ.*  
Vota mea reddam in con-  
spectu timéntium eum.  
\* All. Glória. 27. Apud  
te. *Psf.* 21.

*ψ.* Innocentes & recti  
adhæserunt mihi; 27.  
Quia sustinui te. *Psf.* 24.

**AD II. VESPERAS.**

*Antiphona*, 6. *toni*, F.

**S**uper te oriétur Dómi-  
nus, & glória ejus in  
te vidébitur. *Is.* 60.

*Ant.* 8. g. Venit lu-  
men tuum, & glória



452 21. NOV. In Presentatione B. M. Virginis.  
Dómini super te orta est. *Is.* 60.

*Ant.* 3. a. Dóminus fá-  
ciens & formans te, ab  
útero auxiliátor tuus. *Is.*  
44.

*Ant.* 7. d. Magna eris,  
& nomen tuum nominá-  
bitur in univérſa terra.  
*Judith.* 10.

*Ant.* 5. C. Magnificá-  
bitur super te Deus Is-  
rael. *Judith.* 13.

*Capitulum.* Apoc. 21.  
**E**cce tabernáculum Dei  
cum hominibus, &  
habitábit cum eis: &  
ipsi pópulus ejus erunt,  
& ipse Deus cum eis erit  
eórum Deus.

*Hymn.* O sancte san-  
ctórum, in *I. Vesperis.*

ŷ. Dómine, dilexi de-  
córém domús tuæ, &  
Et locum habitatiónis  
glóriæ tuæ. *Pf.* 25.

*Ad Magníf. Ant.* 1. D.  
Eò quòd castitátem amá-  
veris, manus Dómini  
confortávit te: & ídeo  
eris benedícta in ater-  
num. *Judith.* 15.

*Pro Commem. S. Cæ-  
ciliæ, Ant.* Infirma. ŷ.  
Hæreditas, in *Communi Virg.* pag. xl. *Orat.*  
Dea, *infra.*

*Pro Commemor. SS.*  
*Tiburtii, Valeriani &*  
*Maximi, Mart. Antiph.*

Cum vos. ŷ. *Moltæ,*  
pag. xij. *Orat.* Deus,  
cujus grátia, pag. xiii.  
AD COMPLETORIUM.

*Hymnus, Virgo, Dei*  
génitrix, pag. lii.

DIE XXII.

In Festo

S. CÆCILIAE,  
Virginis & Martyris.  
*Duplex majus, seu III.*  
*Classis.*

*Omnia de Comuni*  
SS. *Virg.* pag. xxxix.

*Oratio.*

**D**eus, qui nos ín-  
nuá beátæ Cæciliæ  
Virginis & Mártiris tuæ  
solemnitáte lætificas; da  
ut cujus natalícia edli-  
mus, virtútem quoque  
passiónis imitémur; Per-

*Pro Comm. SS. Tibur-  
tii & Socior. Mart. An.*  
Beáti. ŷ. Salus. *Oratio,*  
Deus, pag. xiiij.

DIE XXIII.

In Festo

S. CLEMENTIS,  
Papæ & Martyris.  
*Semi-duplex.*

*Pridiè AD VESPERAS*  
*Commem. S. Clementis.*  
*Ant.* Qui vicerit. ŷ. Ju-  
stus, pag. vij. *Oratio,*  
Omnípotens, pag. ix.

AD II. VESPERAS,  
*Commem. S. Chryso-  
gni, Mart. Ant.* Qui vi-

24 NOV. S. Chrysogoni, Martyris. 493

r. Justus, p. vij.

, Præsta, p. ix.

de Sancta Anastasia

idæ & Mart. Ant.

cælorum. ŷ. Fa-

, p. xlvij. Orat.

cujus, pag. xlvij.

18 XXIV.

In Festo

CHRYSOGONI,

Martyris.

Simplex.

omnia de Communi

Martyris, p. vj.

io, Præsta, pag. ix.

LAUD. Fix. Com-

S. Anastasia, Vi-

& Martyris, Ant.

modum. ŷ. Ad-

. Oratio, Deus,

, pag. xlvij.

ESPERÆ de fe-

ti.

numm. S. Herme-

læ Abbatis. Ant. Egré-

, pag. xxxj. ŷ. Po-

pag. xxx. Oratio,

liam. ut infrâ.

DIE XXV.

In Festo

S. CATHARINÆ,

Virginis & Martyris.

ex majus, seu III.

Classis.

omnia de Communi

Virg. pag. xxxix.

io, Deus, qui,

xliij.

LAUD. Commem.

003

S. Hermelandi. Ant. Ec-

ce ego. ŷ. Venite, pag.

xxij.

Oratio.

Familiam tuam, Deus,

in tua misericordia

sperantem, cælesti pro-

tege benignus auxilio;

ut quæ de beati Herme-

landi Abbatis virtutibus

gloriatur, ejus meritis

& intercessione, perpê-

tuâ pace lætetur; Per.

AD VESP. Commem. S.

Petri Alexand. Episc.

& Mart. Ant. Qui vice-

rit. ŷ. Justus, pag. vij.

Orat. Fac nos, p. ix.

DIE XXVI.

In Festo

SANCTI PETRI,

Alexandrini Episcopi,

& Martyris.

Simplex.

Omnia de Communi

unius Martyris, p. vj.

Orat. Fac nos, pag. ix.

VESP. de sequenti.

DIE XXVII.

In Festo

S. ACHARII,

Noviomensis Episcopi.

Semiduplex.

Omnia ut in Communi

SS. Pontif. pag. xv.

Oratio.

D

irige, Dômine, oves

tuas in viam salutis

æternæ, quam beati Pon-

tificis Acharii vita cura

454 18. Nov. S. Maximi, Episcopi.  
doctrina monstravit; &  
fac nos, eodem interce-  
dente, sic ejus subsequi  
vestigia, ut cum ipso  
coronari mereamur; Per  
Dominum.

AD II. VESP. Commem.  
S. Maximi, Episc. Ant.  
Ipsium. y. Elégit, p. xvi.  
Oratio, Da nobis, infra.

DIE XXVIII.

In Festo  
SANCTI MAXIMI,  
Reiensis Episcopi.

Simplex.

Omnia de Communi  
SS. Pontif. pag. xv.

Oratio.

Da nobis, quæsumus,  
Domine, interce-  
dente beato Máximo  
Pontífice, ut memores  
virtutum quas verbo &  
exemplo prædicavit, ip-  
sius perenne consórtium  
ássequi mereamur; Per  
Dominum.

AD VESP. Commem.  
S. Saturnini Episc. &  
Mart. Ant. Qui vicerit.  
y. Justus, p. vij. Orat.  
Omnipotens, pag. ix.

DIE XXIX.

In Vigilia  
S. ANDREÆ,  
Apostoli.

Officium de Feria,  
additis quæ sequuntur.

Preces, flexis genibus.

Oratio.

Quæsumus, omnipo-  
tens Deus; ut beatus  
Andréas Apóstolus, cu-  
jus prævenimus festivi-  
tatem, tuum pro nobis  
implóret auxiliúm; ut,  
à nostris reátibus abso-  
lúti, à cunctis étiám  
perículis eruámur; Per  
Dominum.

Pro Commem. S. Se-  
turnini, Ant. Bonum. y.  
Cantábo. Orat. Omni-  
potens, in Communi  
unius Mart. pag. viij.  
& ix.

Fiunt Suffragia.

AD HORAS.

Preces, flexis genibus.

VESP. de sequenti.

DIE XXX.

In Festo

SANCTI ANDREÆ,  
Apostoli.

Duplex majus, seu III.  
Classis.

Omnia de Communi  
SS. Apostolorum, p. i.  
exceptis quæ sequuntur.

AD I. VESPERAS.

Ad Magnif. Ant. 1. D.  
Joannes respiciens Je-  
sum ambulátem, dixit:  
Ecce Agnus Dei. Et au-  
diérunt duo discipulí  
loquentem, & secúti sunt  
Jesum. Erat autem An-  
dréas, frater Simónis

10. Nov. S. Andrea, Apostoli. 455  
us ex duobus & adduxit eum ad Je-  
suerant eum. sum. Joann. 1.

*Oratio.*

, *infra ad Lau-*

A U D E S.

ed. *Ant.* 7. 2.  
andreas primum  
um Simonem,  
ei : Invenimus  
quod est in-  
m Christus :

Majestatem tuam, Dó-  
mine, suppliciter  
exoramus, ut sicut Ec-  
clésiæ tuæ beatus An-  
dræas Apóstolus éxitit  
prædicátor & rector,  
ita apud te sit pro nobis  
perpétuus intercessor ;  
Per Dóminum.

*VESP. de sequenti.*

---

## STA DECEMBRIS.

---

D I E I.

I N F E S T O

E L I G I I ,

oviomensis Episcopi,

DIŒCESIS PATRONI.

P L E X I I . C L A S S I S .

VESPERAS.  
*vi de Feria.*

ta, 1. *toni*, D.  
ut ei similis in  
; vir simplex,  
; ac timens

Deum, & recedens à  
malo. *Job.* 2.

*Ant.* 3. 2. Proficiébat  
atque crescébat, & placé-  
bat tam Deo quam homi-  
nibus. *1. Reg.* 2.

*Ant.* 4. E. Ipse enim

quasi vir verax & timens  
Deum, plus ceteris vide-  
batur. *II. Esdr.* 7.

*Ant.* 2. D. Cum venif-  
set ad Regem, fecit om-  
ne opus ejus. *III. Reg.* 7.

*Ant.* 5. C. Qui diligit  
cordis munditiam, pro-  
pter gratiam labiorum  
suorum habebit amicum  
Regem. *Prov.* 22.

*Capitulum.* *Eccli.* 50.

**Q**uasi stella matutina  
in medio nebulae, &  
quasi luna perfecta in  
diebus suis locet, & qua-  
si sol refulgens; sic ille  
effulsit in templo Dei.

℞. Ecce ego locutus  
sum, & vocavi eum.  
\* Adduxi eum, & di-  
recta est via ejus. ♯. Ejus  
apprehendi dexteram, ut  
subjiciam ante faciem  
ejus gentes. \* Adduxi.  
Glória. ℞. Ecce ego. *Is.*  
48. & 45.

*Hymnus.*

**Q**UID times sacris,  
venerande Præsul,  
Infulis sacram redimere  
frontem?

Te Deus pascit; facilis  
precantum

Annue votis.

ANNUIT; læti ceci-  
nere cives;  
Gaudet Urbs; oris nova  
lux serenis

*Ad novem san-*

*vila*

*Adieris bri-*

*Ur prejis*

*pidante*

*Sumpit; hui-*

*gilne Pa-*

*Credero ne*

*lsporum*

*De grege-*

*FRONTE*

*Facilis,*

*Voce non soli-*

*Arvultu-*

*Blanda majes-*

*almitu-*

*Affat am-*

*Sz probat*

*cer imp-*

*Erigit tristos*

*pascit;*

*Fidus illæsun-*

*Pastor*

*Servat or-*

*NOSTRA*

*céleben-*

*Ora, te sumo*

*Parente-*

*Par sit ami-*

*laus per-*

*Spiritus,*

*Amen*

♯. Beatus

gisti & assu-

Inhabitabit in

*Pf.* 64.

*Ad Magni*

Sicut Pastor g-

pascet, in t-

congregabit

*Psalm. 5. Laudat. Isai.*

*Psalm. Lau-*

*cap. S. An-*

*vidit Jēsus*

*Andréam*

*, mittentes*

*es; & dixit*

*vobis me; &*

*ieri piscatō-*

*n. Et prōci-*

*retibus, se-*

*n. Marc. 1.*

*, pag. v.*

*testatem, ut*

*455.*

*UDES.*

*Dominica.*

*, 1. toni D.*

*ii fait in Ec-*

*um pātribus*

*accepit ver-*

*nobis. Act. 7.*

*Eligii, Episcopi. 457*

*Appropiāte ad me,*

*indocti, \* & congregābo*

*vos in domum discipli-*

*næ.*

*Quid adhuc retardā-*

*tis, & quid dicitis in*

*his? \* animæ vestræ si-*

*tiunt vehementer.*

*Apēruī os meum, &*

*locūtus sum; \* compa-*

*rāte vobis sine argento.*

*Et collum vestrum sub-*

*ijcite jugo, & suscipiat*

*anima vestra discipli-*

*nam; \* in prōximo est*

*enim invenire eam.*

*Vidēte oculis vestris*

*quia mōdicum laborā-*

*vi, \* & invēni mihi mul-*

*tam rēquiem.*

*Assūmite disciplinam*

*in multo nūmero argen-*

*ti, \* & copiosum aurum*

*possidēte in ea.*

*Lætētur anima vestra*

*in misericordia ejus, \**

*& non confundēmini in*

*laude ipsius.*

*Operāmini opus ve-*

*strum ante tempus, &*

*dabit vobis mercēdem*

*vestram in tempore suo.*

*Glória Patri, &c.*

*Ant. Curāvit gentē*

*suā, & liberāvit eam*

*ā perditione; & adeptus*

*est glōriam in conversa-*

*tione gentis. Eccli. 50.*

*Ant. 3. a. Implebitur*

*benedictionibus, & vi-*

*ditur in gloria.*

*Ant. 4. a. Quia*

*curavit gentem*

*suam, & liberavit eam*

*ā perditione; & adeptus*

*Ant. 4. E.* Ipse enim quasi vir verax & timens Deum; plus ceteris videbatur. *II. Esdr. 7.*

*Ant. 2. D.* Cum venisset ad Regem, fecit omne opus ejus. *III. Reg. 7.*

*Ant. 5. C.* Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem. *Prov. 22.*

*Capitulum. Eccli. 50.*

**Q**uasi stella matutina in medio nebulae, & quasi luna perfecta in diebus suis lucet, & quasi sol refulgens; sic ille effulsit in templo Dei.

*R.* Ecce ego locutus sum, & vocavi eum. \* Adduxi eum, & directam est via ejus. *ψ.* Ejus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes. \* Adduxi. *Glória. R.* Ecce ego. *Is. 48. & 49.*

*Hymnus.*

**Q**UID times factis, venerande Praesul, Infulis sacram redimere frontem?

Te Deus pascit; facilis precantum

Annue votis.

ANNUIT; laeti cecinerunt cives;

Gaudet Urbs; oris nova lux serenis

Ad novos fausti radiasse vilia

Sideris ortus.

Ut gregis curas, trepidante dextra, Sumpserit; haud cessat vigilare Pastor;

Crédito ne quid, rabie luporum,

De grege perdat,

FRONTE non asper, facilis, benignus,

Voce non solâ docet: ipsa vultus

Blanda majestas pietatis alium

Affat amorem.

SE probat pattem, docet imperitos

Erigit tristes, inopesque pascit;

Fidus illæsum vigilando Pastor

Servat ovile.

NOSTRA te summum celebrent Patrem

Ora, te summo Genitum Parente;

Par sit amborum tibi laus per omne,

Spiritus, ævum.

Amen.

*ψ.* Beatus quem elegisti & assumpsisti; *R.* Inhabitabit in atriis tuis. *Psf. 64.*

*Ad Magnif. Ant. 6. C.*

Sicut Pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, &

**INTRA. S. Eligii, Episcopi.** 457

**Ant. Isai.** Appropriáte ad me ,  
indocti , \* & congregábo  
vos in domum disciplí-  
næ.

**V. S. An-** Quid adhuc retardá-  
**tidit** Jesus , & quid dicitis in  
**Andréam** his ? \* animæ vestræ sí-  
**mittentes** tiunt vehementer.

& dixit Apéruí os meum , &  
st me ; & locútus sum ; \* compa-  
ri piscató- ráte vobis sine argento.

Et próci- Et collum vestrum sub-  
tibus , se- jícite jugo , & suscípiat  
**Marc. 1.** ánima vestra disciplí-  
**pag. v.** nam : \* in próximo est  
**státem , ut** enim inveníre eam.

19. Vidéte óculis vestris  
**DE S.** quia módicum laborá-  
**dominica.** vi , \* & invéni mihi multam  
**toni D.** réquiem.

fuit in Ec- Assúmite disciplínám  
n pátribus in multo número argen-  
recepit ver- ti , \* & copiósum aurum  
bis. **Act. 7.** possidéte in ea.

Vir amátor Lætétur ánima vestra  
de áudiens, in misericórdia ejus , \*  
iter appel- & non confundémini in  
**1ac. 14.** laude ipsíus.

similem il- Operámini opus ve-  
lominus in- strum ante tempus , &  
rum : glo- dabit vobis mercédem  
ria in con- vestram in témpore suo.

, & otten- Glória Patri , &c.

am suam. **Ant.** Curávit gentem  
Curávit. suam , & liberávit eam  
Eccli. 51. à perditíone ; & adeptus  
Dóminus est glóriam in conversa-  
mercédem tione gentis. **Eccli. 50.**

in ipsa lau- **Ant. 3. a.** Implébitur  
benedictiónibus , & vi-



458 I. DECEMBER. S.  
dentes illum laudábunt.  
*Eccli. 37.*

*Capitulum. Eccli. 39.*  
**N**on recédet memória  
ejus, & nomen ejus  
requirétur à generatióne  
in generatióne: sapié-  
tiam ejus enarrábunt  
gentes, & laudem ejus  
enuntiábit Eccléſia.

*Hymnus.*

**Q**UI pro grégibus  
das ánimam tuis,  
Alto consílio quàm benè  
próvidum  
Caro ponis ovíli  
Quem tu, Chríste,  
vocas ducem!

**FACTUS** forma gregis,  
quæ pópulos doces,  
Elígi, sóctis móribus ex-  
primis;  
Dum mandas, amor  
urget,  
Si damnas, amor ár-  
guit.

**DUM** tu corda sacris  
légibus ímbuis,  
Disculis ténebris, stat  
fidei decus,  
Sese pandit aperta  
Totolumine veritas.

**IN** te turpis opum nil  
pótoit fames;

**THESAURUS** pótiór péc-  
to-  
ra móverat;  
Aris pródiga dextra  
Sparſit, quæ méteret  
polo.

**FUIT** sola tibi cura,  
salus gregis;

*Eligii, Episcopi.*

Fuit sola quies,  
nuus labor;  
Tibi vivere,  
Tibi grande  
mori.

**CHRISTI** frugif-  
nea pálmite  
Tuis crescat adhi-  
labóribus:  
Tanto nata s-  
Cælo semit-  
reant.

**QUA** nos duxit  
Elígus viá,  
Hanc fac, tumm-  
discipulos s-  
Duc, ne lon-  
rent;

Setva, ne p-  
oves.

**ÆTERNUS** sic  
ingénito Pat-  
Sit pat unigenæ  
Filio,  
Sacri nexus a-  
Laus compa-  
Spiritus.

Amen.

ψ. In justitia a  
conspéctui tuo, I-  
re. Satiabor cún-  
rúerit glória tua

*Ad Bened. An-*  
Impléte gáudium  
ut idem sapiátis  
dem caritátem h-  
*Philipp. 2.*

*Oratio.*

**D**eus, Sanctó-  
rum splende

**S. Eligii, Episcopi.** 461  
hereditavit illum. *Eccl.*

*Oratio, Deus, ad Laudes.*

*Comm. S. Francisci Xaverii, Presbyteri.*

*Ant. Oportet te prophetare gentibus; & populis; & linguis; & tribus multis. Apoc. 10.*

ψ. Confitebor tibi in nationibus, Domine; & Et nomen tuum psallam dicam. *Pf. 17.*

*Oratio, infra ad Laud. AD COMPL. Psalmi de Dominica.*

**DIE II.**

In Festo **S. FRANCISCI XAVERII** Presbyteri.

*Semiduplex.*

*Omnia de Communi SS. Presbyterorum, p. xxv, exceptis que sequuntur.*

*AD LAUD. post Hymnum.*

ψ. Justitiam tuam, Domine, non abscondi in corde meo; & Veritatem tuam & salutare tuum dixi. *Pf. 39.*

*Ad Bened. Ant. 1. G. Prædicavi Evangelium, non ubi nominatus est Christus; sicut scriptum est: Quibus non est annuntiatum de eo, videntur. Rom. 15.*

*Estiva. P p*

ŷ. Voluntatem timendum se faciet, &c. Et deprecationem eorum exaudiet. *Pf.* 144.

## AD NONAM.

*Ant.* 3. a. Implebitur.

*Capitulum.* *Eccli.* 48.

**A**mplificatus est in mirabilibus suis; & quis potest sic gloriari tibi? Beati qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt!

*re. br.* In memoria eterna erit Justus: \* Alleluia, alleluia. In memoria. ŷ. Ab auditione mala non timebit. \* Alleluia, all. Gloria. In memoria.

ŷ. Iustitia ejus manet in seculum seculi; &c. Cornu ejus exaltabitur in gloria. *Pf.* 111.

## AD II. VESPERAS.

*Psalmi de Dominica, excepto ultimo, cujus loco dicitur: Memento, Domine, David, cum sua divisione, pag.* 140.

*Antiph.* 1. toni, G.

**A**mbulavit in conspectu tuo, Domine, (servus tuus) in veritate & iustitia & recto corde. *III. Reg.* 3.

*Ant.* 8. g. Reliquum vite sue in gaudio fuit, & cum bono profectu ti-

moris Dei perrexit in pace. *Tob.* 14.

*Ant.* 6. F. Mortuus est in senectute bona, plenus dierum & divitiis & gloria. *I. Par.* 29.

*Ant.* 4. E. Memoria ejus in compositionem odoris facta, operis pigmentarii; in omni ore quasi mel indolcabitur. *Eccli.* 49.

*Ant.* 5. C. Jucundabitur in filiis suis, & in diebus orationis suae exaudietur. *Eccli.* 3.

*Capitulum.* *Philipp.* 4.

**F**ratres, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite; & Deus pacis erit vobiscum.

*Hymnus.*

**P**RESENTIS MORTE  
PROPÈ JAM FURDRE,  
UT NOVAS VIRES, ANAMOR-  
QUE SUMAT,  
PASCITUR CHRISTO, SOLI-  
DÆQUE FORTIS  
FERVET AB ESCA.

FRESAT ASTANTIS PIA  
TURBA CLERI;  
IPSE GAUDÈBAT PROPERARE  
ÆCULO,  
ET SITI LONGÀ CUPIDÈ PE-  
TITUM.

VISERE NUMEN.

IN DEURA TOTO TUA MA-  
JOR ARBE

IMBR. S. Eligii, Episcopi. 461

tua voce hereditavit illum. Eccli.

15.

enē con- Oratio, Deus, ad Lau-  
des.

opes. Comm. S. Francisci  
Xaverii, Presbyteri.

eris; tua Ant. Oportet te pro-  
phetae gentibus, & pō-  
pro pulis, & linguis, & Rē-  
is méritis gibus multis. Apoc. 10.

em fidei v. Confitēbor tibi in  
s nationibus, Dōmine; &  
nas. Et nōmiui tuo psalmum  
te mala dicam. Ps. 17.

gunt, Oratio, infra ad Laud.  
hūmiles AD COMPL. Psalmi  
te studet de Dominica.

lem. DIE II.

In Festo S. FRANCISCI XAVERII  
Presbyteri.

utriusque Semiduplex.

is & origo Omnia de Communi SS.  
Presbyterorum, p. xxv,  
exceptis quæ sequuntur.

ōris. AD LAUD. post Hym-  
num.

, dilexi v. Justitiam tuam,  
s tuæ, & Dōmine, non abscondi  
bitatiōnis in corde meo; & Veri-  
tatem tuam & salutāre  
25. tuum dixi. Ps. 39.

Ant. 7. G. Ad Bened. Ant. 1. G.  
mi Dōmi- Prædicavi Evangelium,  
niētæ & non ubi nominatus est  
olâ glóriæ Christus; sicut scriptum  
, jucundi est: Quibus non est an-  
tatiōnem nuntiātum de eo, vidē-  
super il- bunt. Rom. 15.

Æstiva. P p

Oratio.

**D**eus, qui Indiárum gentes, beáti Francisci Xaverii prædicatione & miraculis, Ecclesiæ tuæ aggregare voluisti; concede propitius, ut cujus gloriósa mérita venerámur, virtutum quo-

que imitemur exempla; Per Dóminum.

*VESPERÆ de Sab-  
bato ante Dominicam  
I. ADV. cum Commem-  
mor. S. Francisci Xa-  
verii, ut habetur Pars  
Hiemali.*



P

OFFICIUM  
QUINTINI;  
*R* *HEBDOMADAM.*

1. MEDICAL  
2. JOURNAL  
3. MEDICAL

OFFICIUM  
 QUINTINI,  
 LESIÆ & URBIS PATRONI;  
 PER HEBDOMADAM.

SEMIDUPLEX.

*In omni Feria quarta non impeditur per Figitum autem, aut Diem infra Octavam, vel in Semiduplex aut supra.*

**L. VESPERAS.**  
*Idem de Feria; & totò Officio.*

**L. G. Dilectus Deo**  
*omnibus, cuius me-*  
*ritis in benedictione*  
*celi. 45.*

*utulum. Eccl. 49.*  
*omni ore quasi mel*  
*lucabitur ejus me-*  
*ritis ipse est directus*  
*in penitentiam*  
*et tulit abomina-*  
*tionem impietatis.*

*Hymnus.*  
**REM** Roma sum  
 am sibi vindicet,  
 in patriciis dicat  
 honoribus;  
 innum reperit, jurè  
 vocat suum  
 elix Gallia Márty-  
 em.

**ITA** cum juvenum  
 teneat huc manu;  
*Quint. Æstiva. Qq*

Deserta patriâ, cum tot  
 Agostoli,

Cæcis in Sygiâ nocte ja-  
 centibus

Portant lûmina Gál-  
 lîis.

**ILLIS** ludus ceant pro-  
 pòsite neces,

Audèbant vel oves cre-  
 dere se lupis;

Omnes unânima terrû-  
 les fidè

Christo sub duce mili-  
 litant.

**URBS** per médias,  
 sævit ubi furor,

Ardent ire; novos ipsa  
 pericula

Ollis dant ânimos; quis  
 teneat duces

Vitam fûdere prædi-  
 gos?

**QUINTINUS** / socios  
 servidua teneat.



456: Officiū S. Quinzini

Intra: a Christifess dno

erat agminis;

Vertunt, edificant, &

bona semina

Spargunt, & simul

irrigant.

Quorū mandata novis

semina mentibus

Fructus illa ferunt; sem-

pore debito

Surgit læta seges, cum

pluet undique

Cælis Martyribus

ciuor.

PATRI maxima laus,

maxima Filio;

Amborum tibi pat. laus

quoque, Spiritus;

Præfens Martyribus, qui

velut obris

Christi sanguine das

mei. Amen.

¶ Manda, Deus, vir-

tuti tue; &. Confirma

hoc, Deus, quod ope-

ratu es in nobis. Ps. 67.

Ad Magnif. Ant. 7. b.

Hæc dicit Dominus:

Protegam urbem hanc,

& salvabo eam propter

me, & propter servum

meum. IV. Reg. 19.

Oratio, ad Laudes.

AD LAUDES.

Psalmi de Feria.

Ant. 1. g. Dilectus.

Canticum. Eccli. 51.

CONFITEBOR tibi, DÓ-  
mine rex, \* & col-

Eccl. 51.

laudabo te

in ceteris die-

bus vite tue.

Confite-

tuo, \* qu-

tor, & glo-

es mihi;

Et. Iste

meum a pi-

liquo ling-

& a labiis

mendaciam

conspicit;

Etus es mi-

Et libera-

dum mult-

sericordie

a rugientib-

ad escam;

De manu

tuum anim-

& de port-

num que-

runt me:

Ant. Di-

no Deo suo

probatus e-

tus est in ve-

lris. Eccli. 4

Capitulum

Et vos,

Eniam e-

in populo I-

bis pendet a

ad eloqui-

corda eoru-

mémores si

pater noste  
& per mult-  
nes probat  
Dei effectus

**I. Quintini, Eccl. & Urbis Patroni. 467**  
nus.

Christiadae,  
o vocat,  
vocant mú-  
úgiter  
dei Martyr  
a  
i vel nece  
t.

ille patres  
it Jovem,  
a deum túr-  
ium;  
dit nóscere  
i,  
ónaque Nú-

nostra tibi,  
labóribus  
salus cón-  
vias,  
is, ut oves  
lupo,  
assus es ópti-

gèneres, sán-  
tuo  
montè sequi  
geat viam!  
émores, ni  
parem  
us tibi grá-

apta neci pí-  
tu, Caput,  
ilius corpore  
m,  
le, Manus,  
or, sacros  
re méntibus.

PATRI máxima laus,  
máxima Filio,  
Ambórum, tibi par laus  
quoque, Spíritus,  
Plusquam thuris odor,  
quem pietas juvat,  
Mortí cédere néscia.  
Amen.

✠. Dicant semper,  
Magnificétur Dóminus,  
✠. Qui díligunt salutáre  
tuum. *Pf. 39.*

*Ad Benedictus. Ant. 2. D.*  
Benedictus Dóminus Deus  
Israel, qui misit te; &  
benedictum elóquium  
tuum! *II. Reg. 15.*

*Oratio.*

**C**oncede, quæsumus,  
Omnípotens Deus, ut  
beatíssimi Quintíni Már-  
tyris tui veneranda com-  
memorátio perpétuam  
pópulo tuo cónferat sa-  
lútem & pacem, & quem  
sæpius venerámur in ter-  
ris, semper intercessó-  
rem habére mereámur in  
cælis; Per Dóminum.

**AD PRIMAM.**

*Ant. 3. a.* Ego ille quon-  
dam opulentus, repentè  
contritus sum; collégit  
furórem suum in me, &  
infrémuit contra me ho-  
stis meus. *Job. 16.*

**AD TERTIAM.**

*Ant. 8. c.* Circúmdedit  
me lanceis suis; convul-  
nerávit lumbos meos;

468 *Officium S. Quintini, Eccl. & Urbis Patroni.*  
effudit in terrâ viscera  
mea. *Job. 16.*

*Capitulum. 2. Tim. 2.*  
**L**abôra sicut bonus mi-  
les Christi Jesu; nam  
& qui certat in agône,  
non coronâtur, nisi legi-  
timè certâverit.

*ꝛ. br.* In Deo salutâre  
meum, \* Et glôria mea.  
*ÿ.* Deus auxilii mei, &  
spes mea in Deo est. \* Et.  
Glôria. *ꝛ.* In Deo. *Pf. 61.*

*ÿ.* Deus meus adjutor  
meus, *ꝛ.* Et sperâbo in  
eum. *Pf. 17.*

A D S E X T A M.

*Ant. 6. F.* Concidit me  
vulnere super vulnus;  
fatiati sunt pernis meis:  
membra mea quasi ad  
nihilum redacta sunt.  
*Job. 16.*

*Capitulum. 2. Tim. 1.*

**P**atior, sed non con-  
fundor; scio enim  
cui credidi, & certus  
sum quia potens est de-  
positum meum servare  
in illum diem.

*ꝛ. br.* Si consistent ad-  
versum me castra, \* Non  
timébit cor meum. *ÿ.* Si  
exurgat adversum me  
periculum, in hoc ego  
sperâbo \* Non. Glôria.  
*ꝛ.* Si.

*ÿ.* Dôminus illuminâ-  
tio mea & salus mea;  
*ꝛ.* Quem timébo? *Pf. 26.*

A D N O N A M.

*Ant. 5. a.* Malum ver-  
tit Deus in bonum, ut  
exaltâret me, sicut cœ-  
nitis; & salvos faceret  
multos pópulos. *Gen. 50.*

*Capitulum. Tob. 3.*

**P**ost tempestâtem tran-  
quillum facis, Dômi-  
ne, & post lacrymatio-  
nem & fletum exultati-  
onem infundis. Sic nomen  
tuum, Deus Israel, be-  
nedictum in læcula!

*ꝛ. br.* Factus es, Dô-  
mine, \* Susceptor meus.  
*ÿ.* Et refûgium meum in  
die tribulationis. \* Sus-  
ceptor meus. Glôria. *ꝛ.*  
Factus es.

*ÿ.* Tu, Dômine, ad-  
juvisti me, *ꝛ.* Et consolâ-  
tus es me. *Pf. 87.*

A D II, V E S P E R A S.

*Ant. 6. F.* Hic est fra-  
trum amâtor, & pópuli  
Israel: hic est qui  
multum orat pro pópulo  
& universâ sanctâ civi-  
tate. *II. Mach. 15.*

*Capitulum. II. Pet. 3.*

**V**os, fratres, præ-  
sientes custodite,  
ne insipientium errore  
traducti, excidâtis à  
propriâ firmitate; crescite  
verò in grâtiâ &  
cognitione Dômini no-  
stri Jesu Christi.

*Hymnus, Huc vos,*

*Sancti Quintini, Eccl. & Urbis Patroni. 489*

*ut in Lau-*

do accipiet bene-  
dictio a Domino,  
misericordiam a  
patre suo. *Pf. 23.*  
*Gen. 4. E.*  
patens est confer-

re vos sine peccato, &  
constituere vos ante con-  
spectum glóris iuxta im-  
maculatos, soli Deo sal-  
vatorum nostro magnifi-  
centia, imperium & po-  
testas! *Finis Ep. S. Jada.*  
*Orat. ut supra, ad Laud.*

**PARGIA SEU INVOCATIONES  
S. QUINTINI,  
MARTYRICI ET CASSIANI.**

*Invocationem Beatae Mariae Virginis*

*ut supra, pag. 180 & 188.*

**QUINTINO.**

**LAUDES.**  
Ne cesses clamare  
nobis ad Dominum  
nostrum, ut sal-  
tem. *I. Reg. 7.*  
suscipiamus in salu-  
tatione. Et in no-  
mine nostri magni-  
ficet. *Pf. 19.*

**Oratio.**  
Misericordiam nostram  
fac, omnipotens  
& quia pondus  
peccatorum gravat;  
Quintini Martyris  
intercessio gloriosa  
intercedat; Per.

**VESPERAS.**  
Homo Dei, noli  
re animas nos-  
tras obsecro ut mi-  
serere. *IV. Reg. 1.*

alium fac popu-

lum tuum, Domine.  
Et benedic hereditati  
tuae. *Pf. 27.*

**Oratio.**

**L**audetur Ecclesie tuae,  
Deus, beati Quinti-  
ni Martyris tui confis-  
sus suffragis; a quo o-  
mnium precibus paternis, & de-  
vota tibi permanens, &  
secura in te consistat;  
Per Christum.

**AD STATIONES.**

*An.* Egrégie Martyr  
Quintine, suscipe preces  
nostras; precare Domi-  
num pro necessitatibus fa-  
mulorum, quos nimium  
comprimunt vincula de-  
lictorum.

*ψ.* Ora pro nobis,  
beate Martyr Quintine;  
*κ.* Ut digni efficiamur  
promissionibus Christi.

suas, extulerunt in cœlum; & sanctus Dóminus Deus audivit citò vocem ipsórum. *Eccli. 48.*

ψ. Clamaverunt iusti,  
R. Et Dóminus exaudivit eos. *Psf. 33.*

*Oratio.*

**A**desto, Dómine, supplicatióibus nostris, & quibus fidúciam sperandæ salutis indulges, intercedéntibus beáti Víctorico, Cassiano & ómnibus Sanctis tuis, consuétæ misericórdiæ

bunt, & habi  
R. Et gloriabi  
Dómine. *Pf.*

*Ora*

**M**ajestáten  
mine, sú  
ramus, ut sic  
ter beatorum  
Cassiani &  
Sanctorum tu  
memoratióne  
itá semper su  
defendas; Pe

*Postea, pr*  
ψ. & *Orat.*  
*Laud. & ad V*



## NOTANDA

## IN FESTUM

## PETRI AD VINCULA.

**ITO jam Ecclesia**  
*. Quintini Proprio,*  
*um est, in illius*  
*dogio, Festum S. Pe-*  
*Vincula, ritu Du-*  
*celebrandum esse,*  
*undatione Gossuini*  
*rnaco, Canonici;*  
*que ritu Dupl.*  
*seu III. Classis,*  
*celebrari solere.*

*ergo ritu eodem*  
*in illud possis in*  
*nam celebrari;*

**I. VESPERAS.**  
*Ant. eris, Ego ante*  
*pag. 594. Breviarii,*  
*114. Diurnal. Dein-*  
*atuor Ant. que ad*  
*am, Tertiam, Sex-*  
*& Nonam posita*

**I. NOCTURNO.**  
*ut. 7. & 11. su-*  
*ur à I. Noct. Festi*  
*Petri & Pauli, die*  
*Junii, pag. 485.*  
*iarii, tresque Lect.*  
*criptura occurrente.*

**II. NOCTURNO.**  
*ut. & 7. ut habentur*  
*. Augusti, p. 595.*

*Lectio iv. Catenis... us-*  
*que ad Constrictus est.*  
*11. iv. Dicit discipulis...*  
*pag. 486.*

*Lectio v. Quam reli-*  
*giosa... pag. 595. 11. v.*  
*Loquentibus, ibid.*

*Lect. vi. Sermo sancti*  
*Chrysof. Nihil... us-*  
*que ad 4. Huic etiam*  
*dicti... pag. 596. 11. vi.*  
*Vocantes, ibid.*

**IN III. NOCTURNO.**

*Ant. 7. 7. & 8. Lect.*  
*ut die 29 Junii, p. 487*  
*& 488. cum 7. & 8. Res-*  
*pons. ejusdem diei. Lect.*  
*autem 9. Huic etiam*  
*dicti... pag. 597.*

**AD LAUDES.**

*Ant. 1. Occidit Heró-*  
*des, pag. 597. Breviarii,*  
*p. 316. Diurnalis. Qua-*  
*tuor alia de Prima, Ter-*  
*tia, Sexta & Nona.*

**AD II. VESPERAS.**

*Ant. 1. Dominus,;*  
*pag. 599. Breviarii,*  
*p. 318. Diurnalis: alia*  
*de eisdem Horis mino-*  
*ribus.*

## LITANIÆ OMNIUM SANCTORUM.

<b>K</b> yrie, eléison.	Sancte Jacobe, (Zeb.)
Christe, eléison.	ora pro nobis.
Kyrie, eléison.	Sancte Joannes, ora.
Christe, audi nos.	Sancte Thoma, ora.
Christe, exaudi nos.	Sancte Jacobe, ora.
Pater de cælis, Deus,	Sancte Philippe, ora.
miserere nobis.	Sancte Bartholomæe,
Fili, redemptor mundi,	ora pro nobis.
Deus, miserere nobis.	Sancte Matthæe, ora.
Spiritus sancte, Deus, mi-	Sancte Simon, ora.
serere nobis.	Sancte Thaddæe, ora.
Sancta Trinitas, unus	Sancte Matthia, ora.
Deus, miserere nobis.	Sancte Barnaba, ora.
Sancta Maria, ora pro	Sancte Luca, ora.
nobis.	Sancte Marce, ora.
Sancta Dei genitrix, ora.	Omnes sancti Apostoli &
Sancta Virgo Virginum,	Evangelistæ, orate.
ora pro nobis.	Omnes sancti Discipuli
Sancte Michael, ora.	Domini, orate.
Sancte Gabriel, ora.	Omnes sancti Innocen-
Sancte Raphael, ora.	tes, orate.
Omnes sancti Angeli &	Sancte Stéphane, ora.
Archangeli, orate.	Sancte Line, ora.
Omnes sancti beatorum	Sancte Clete, ora.
Spirituum ordines,	Sancte Clemens, ora.
orate pro vobis.	Sancte Xyste, ora.
Sancte Joannes Baptista,	Sancte Cornéli, ora.
ora pro nobis.	Sancte Cypriane, ora.
Sancte Joseph, ora.	Sancte Laurenti, ora.
Sancte Joachim, ora.	Sancte Quintine, ora.
Omnes sancti Patriarchæ	<i>Repetitur,</i>
& Prophætæ, orate.	Sancte Quintine, ora.
Sancte Petre, ora.	Sancte Victorice, ora.
Sancte Paule, ora.	Sancte Fusciâne, ora.
Sancte Andréa, ora.	Sancte Luciâne, ora.

*Litanie annuum Sanctorum.*

lâne, ora.	Sancte Carole Borromæe,
centi, ora.	ora pro nobis.
nyfi, cum só-	Sancte Francisce Saléfi,
ora.	ora pro nobis.
áfi, cum só-	Omnes sancti Pontifi-
ora.	ces, oráte.
rici, cum só-	Omnes sancti Doctores,
ora.	oráte pro nobis.
nine, ora.	Sancte Antóni, ora.
jecte, ora.	Sancte Benedicte, ora.
anc & Seba-	Sancte Humberte, ora.
oráte.	Sancte Bernarde, ora.
anes & Pau-	Sancte Fursæ, ora.
oráte.	Sancte Domínice, ora.
na & Damiá-	Sancte Francisce, ora.
oráte.	Sancte Bruno, ora.
váfi & Pro-	Sancte Vincenti à Paulo,
oráte.	ora pro nobis.
Si Mártyres,	Omnes sancti Sacerdotes
o nobis.	& Levítæ, oráte.
ster, ora.	Omnes sancti Mónachæ
ora.	& Eremítæ, oráte.
gori, ora.	Sancte Carole, ora.
profí, ora.	Sancte Hentice, ora.
li, ora.	Sancte Ludovice, ora.
ustine, ora.	Sancte Vanenge, ora.
rsóltome, ora.	Sancte Mómbole, ora.
ónyme, ora.	Sancte Roche, ora.
tine, ora.	Omnes sancti Justi,
olæc, ora.	oráte pro nobis.
iane, ora.	Sancta Anna, ora.
ri, ora.	Sancta María Magdalé-
berte, ora.	na, ora.
nígi, ora.	Sanctæ Felicitas & Per-
urde, ora.	pétua, oráte.
ari, ora.	Sancta Agarha, ora.
i, ora.	Sancta Lúcia, ora.
nnioléne, ora.	Sancta Agnes, ora.
gerice, ora.	Sancta Cæcília, ora.
alte, ora.	Sancta Catharina, ora.



Sancta Benedicta, ora.	Pro Regibus
Sancta Peciana, ora.	et cum Regibus
Sancta Hunegundis, ora.	et cum Regibus
Sancta Genovefa, ora.	Pro Pontificibus
Sancta Bathildis, ora.	et cum Pontificibus
Sancta Radegundis, ora.	Pro Clericis
Sancta Olothildis, ora.	et cum Clericis
Sancta Elisabeth, ora.	Pro Sacerdotibus
Sancta Maria Egyptia,	et cum Sacerdotibus
ora pro nobis.	Pro aduersariis
Omnes Sanctae Virgines,	et cum aduersariis
Virgines & Penitentes,	In die iudicii
orate pro nobis.	Ut vobis peccata
Sancti & Sanctae	Ut vobis in
Dei, intercedite pro	Ut vestra
nobis.	nam nostri
Propitius esto, parce no-	obicit,
bis, Domine.	Ut ad vesperam
Propitius esto, exaudi	etiam nos
nos, Domine.	dignetur,
Ab omni malo, libera	Ut peccata
Ab omni peccato, libera.	et vobis donet
Ab insidiis diaboli, libe-	Ut Ecclesiam
et damnatione perpetua,	et cum regibus
libera nos, Domine.	vare dignetur
A subitanea & improvise	Ut Doctrinam
orte, libera.	et cum Ecclēsiā
A fulgure & tempestate,	et religione
libera nos, Domine.	dignetur,
A spiritus fornicationis,	Ut Pontificem
libera nos, Domine.	cum omni
Ab omni immunditia	tionē sit
mentis & corporis, libe-	et conservari
Ab ira & odio, & omni	Ut Regem n
mala voluntate, libe-	litem popo
Per mysterium sanctae In-	re dignetur
carnationis tuae, libera.	Ut cunctum
Per Nativitatem & Cir-	Christian
cumcisionem tuam, li-	tho san
bera.	

regere & conser-  
uare, te rog-  
amus. & Principibus  
illius pacem &  
concordiam  
re digneris, te.  
pro populo Chri-  
stiano pacem & unita-  
tem largiri digneris,  
te rogamus, audi nos.  
nosmetipsos in tuo  
servitio con-  
seruare & conseruare  
facis, te rog-  
amus. nos-  
tras ad  
sanctia desideria eri-  
te rogamus.  
nobis benefactori-  
bus nostris sempiterna  
retribuas, te.  
mas nostras, fra-  
trum, propinquorum,  
benefactorum no-  
strorum ab aeterna  
potione eripias, te.  
lustrare dare &  
conseruare digneris,  
te rogamus.  
nobis fidelibus de-  
cedere requiem aeter-  
nam donare digneris,  
te rogamus.  
nos exaudire digneris,  
te rogamus.  
Dei, qui tollis  
peccata mundi, parce  
nobis, Domine.

Agnus Dei, qui tollis  
peccata mundi, exau-  
di nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis  
peccata mundi, misere-  
re nobis.

Kyrie, eleison. Christe,  
eleison. Kyrie, eleison.

Pater usque ad Et ne nos  
inducas in tentationem,  
sed libera nos a malo.

Reliquae Preces, ut  
pag. lxxxv], lxxxvi],  
lxxxvii].

Quando pro Ecclesia  
aut pro Urbe S. Q. oratur,  
dicenda sunt Preces se-  
quentes.

Orationes.

Deus, qui culpa off-  
enderis, poeniten-  
tia placaris, preces po-  
puli tui supplicantis pro-  
pitiis respice: & fla-  
gella tuae iracundiae,  
quae pro peccatis nostris  
meremur, averte.

Omnipotens sempiter-  
nus Deus, qui facis  
mirabilia magna solus  
emitte super nos famu-  
los tuos, & super cun-  
ctam Congregationem  
nostram, spiritum gra-  
tiae salutaris; & ut in  
veritate tibi complacea-  
mus, perpetuum nobis  
auxilium tuae benedictionis  
infunde.

Misericors & misera-  
tor Domine, ad-  
iuuatore & custos Civita-

tis supernæ Jerúsalem, diu noctúque custódi civitatem istam, & locum istum cum ómnibus incolis ejus, ut per intercessiõnem & mérita Beátæ Mariæ semper Virgini, & beatórum Quin-tini, Victorici, Cassiáni, & ómnium Sanctorum, sit eis domici-lium incolumitátis & pacis.

**H**óstium nostrórum, invisibílium & invisibílium, Dómine Deus noster, elíde supérbiam; eorúmque contumáciam dextera tuæ virtúte prosterne, & cúlui tuo súbjice.

**U**re ignitús rector nostrum ut, tibi & serviamus corde pla Dóminum in unitate ritús sancti

Exaúdia potens & Dóminus!

ꝛ. Ame

Et fidé-  
ctorum ái-  
sericórdia-  
cant in pa-

ꝛ. Ame



## ONES ANTE MISSAM.

IO S. AMBROSII,

DOMADAM DISTRIBUTA.

**INICA.** ad officium sacerdotale  
 sacerdos, & vocare dignatus es mihi  
 iudex, Jesu- lris meis méritis, sed  
 re obruli- solâ dignatione miseri-  
 i hóstiam cordiæ tuæ; ) doce me,  
 maculatam quæso, per Spíritum  
 pro nobis sanctum tuum, tantum  
 caróribus, tractare mystérium eâ  
 nobis car- reverentiâ & honóre,  
 manducan- eâ devotióne & timóre,  
 sanguinem quibus oportet &  
 mandum, & decet. Fac me per grâ-  
 trinum illud tiam tuam semper illud  
 spirítus san- de tanto mystério cré-  
 mens : *Hac dere & intelligere, sen-  
 fecerit- tîre & firmiter tenere,  
 memoriam dîcere & cogitare, quod  
 pro per eum- tibi placet, & expediat  
 gium tuum, animæ meæ. Intret Spî-  
 ritus nostræ ritus tuus bonus in cor  
 pro per hanc meum, qui sonet ibi sine  
 ineffabilem sono, & sine strépitu  
 quâ nos mí- verbórum loquatur om-  
 dignos sic nem veritatem. Profun-  
 átus es, ut da quippè sunt nimis ;  
 à peccâti- & facto tecta velâmine:  
 nguine tuo : Propter magnam cle-  
 rorum tuum méntiam tuam, concède  
 quem inter mihi Missarum soléma-  
 tua, etiam nia mundo corde, &  
 . *Æstiva. R t**

puramente celebrare. Libera cor meum ab im-  
mundis & nefandis, vanis & noxiis cogitationibus. Muni me beatorum Angelorum pia & fida custodia, ac tutela fortissima: ut hostes omnium bonorum confusi discedant. Per virtutem tanti mysterii, & per manum sancti Angeli tui, repelle a me, & a cunctis servis tuis, durissimum spiritum superbie & cenodoxie, (*vane glorie*) invidiae & blasphemiae, fornicationis & immunditiae, dubitantis & diffidentiae. Confundantur qui nos persequuntur; pereant illi qui nos perdere festinant.

## FERIA II.

**R**ex virginum, & amator castitatis & integritatis, caelesti rore benedictionis tuae extingue in corpore meo fomitem ardentis libidinis, ut maneat in me tenor castitatis corporis & animae. Mortifica in membris meis carnis stimulos, omnesque libidinosas commotiones: & da mihi vetam & perpetuam castitatem cum ceteris do-

nis tuis, quae tibi placent in veritate; ut sacrificium laudis casto corpore & mundo corde valeam tibi offerre. Quantam enim cordis contritione, & lacrymarum fonte, quantam reverentia & tremore, quantam corporis castitate, & animae puritate, istud divinum & caeleste sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in veritate sumitur, ubi sanguis tuus in veritate bibitur, ubi imasummis, terrena divinis junguntur, ubi adest sanctorum Angelorum praesentia, ubi tu es sacrificium & Sacerdos mirabiliter & ineffabiliter constitutus!

## FERIA III.

**Q**uis dignè hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens, offerentem feceris dignum? Scio, Domine, & veterè scio, & idipsum pietati tuae confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium, propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio, & veraciter ex toto corde meo credo, & ore confiteor, quia tu potes me facere

, qui solus po-  
te mundum de-  
o conceptum se-  
de peccatōri-  
os. & sanctos.  
te omnipotē-  
am te rogo,  
us, ut concēdas  
catōri hoc sa-  
celebrāre cum  
tremōre, cum  
ritate, & lacry-  
sonte, cum læ-  
tualī, & cœlesti  
Sentiāt mens  
ēdinem beatif-  
sentiā tuā, &  
sanctōrum An-  
tuōrum in cir-  
o.

RIA IV.

im, Dōmine,  
or venerandæ  
tuæ, accēdo ad  
um, licēt pec-  
it offeram ti-  
ificium quod  
isti, & offerri  
i in comme-  
em tuā. pro fa-  
cā. Sūscipe il-  
, summe Deus,  
sia sancta tua,  
pulo quem ac-  
nguine tuo. Et  
me peccatō-  
te & eum-  
lum tuum, mē-  
voluisti, licēt  
uod boni ope-

ris testimoniū non  
agnoscas, officium sal-  
tē dispensatiōnis crē-  
ditæ non recuses: nec,  
per me indignum, eō-  
rum salutis pēreat prē-  
tium, pro quibus victi-  
ma salutāris dignatus  
es esse redēptio. Prō-  
fero etiā, Dōmine,  
( si dignēris propiti-  
intuēri, ) tribulatiōnes  
plēhium, pericula po-  
pulōrum, captivōrum  
gēmitus, misērias or-  
phanōrum, necessitates  
peregrinōrum, inōpiam  
debiliū, desperatiōnes  
languentiū, defectus  
senum, suspīria juve-  
num, vota virginum,  
lamenta viduārum.

FERIA V.

**T**u enim miserēris om-  
nium, Dōmine; &  
nihil odisti eōrum quæ  
fecisti. Memorāre quæ  
sit nostra substantia,  
quia tu Pater noster es,  
quia tu Deus noster es:  
ne irascāris factis, neque  
multitudinem viscerum  
tuōrum super nos conti-  
neas. Non enim in justi-  
ficatiōnibus nostris pro-  
sternimus preces ante fa-  
ciem tuam, sed in mise-  
ratiōnibus tuis multis.  
Aufer a nobis, Dōmine  
iniquitates nostras, &

ignem sancti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra, & da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te sequatur, te perfruatur. Oramus, Domine, clementiam tuam, ut sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia praestolantem, aspicerе digneris: & ut nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggerere, quas ipse propitius audire & exaudire delecteris.

## FERIA VI.

**R**ogamus etiam te, Domine sancte Pater, & pro spiritibus Fidelium defunctorum, ut sit illis salus, sanitas, gaudium & refrigerium, hoc magnum pietatis Sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum & plenum convivium de te pane vivo, qui de caelo descendisti, & das vitam mundo, de tua carne sancta & benedicta (Agni videlicet immaculati, qui tollis peccata mundi) quae de sancto & glorioso beatae Virginis Mariae utero est

assumpta, & de Spiritu sancto concepta; ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex vivo sacratissimo latere emanavit: ut exinde sit satiati, refrigerati & consolati, exultent in laude & gloria tua. Peto clementiam tuam, Domine, ut descendat super panem & calicem tibi sacrificandum, plenitudo tuae benedictionis, & sanctificatio tuae divinitatis. Descendat etiam, Domine, illa sancti Spiritus tui invisibilis incomprehensibilisque majestas, sicut quondam in patrum hostias descendebat: qui & oblationes nostras corpus & sanguinem tuum efficiat: & me indignum sacerdotem doceat tantum tractare mysterium cum cordis puritate, & lacrymarum devotione, cum reverentia & tremore, ita ut placide ac benigne suscipias sacrificium de manibus meis ad salutem omnium, tam vivorum, quam defunctorum.

## S A B B A T O.

**R**ogo etiam te, Domine, per ipsum sacrosanctum mysterium corporis

inguinis dūcet te peregrinus ho-  
mō pro mōdulo suo, ne  
deficere possit in viā,  
tali recreātus viārico.

atque Panis sancte, panis vi-  
vinitatis ve, panis munde, qui  
descendisti de cœlo, &  
ur, da das vitam mundo, veni  
as san- in cor meum, & munda  
plētus, me ab omni inquina-  
ad al- mento carnis & spīri-  
am; ita tūs. Intra in animam

Sacra- meam: sana & munda  
te mihi me intērius & extērius.

enim Estō tutāmen & conti-  
nua salus animæ & cōr-  
pōris mei. Repelle à me

in cœlo & infidiantes mihi hostes;  
s quem recēdant procul à præ-  
mea est sēntia potētiae tuæ, ut

: Ego. foris & intūs per te ma-  
nītus, recto trāmite ad  
tuum regnum pervē-

, qui de niam: ubi non in my-  
stēriis, sicut in hoc tēn-  
Si quis pore āgitur, sed facie ad  
hoc faciē te vidēbimus,

eter- cum tradideris regnum  
tūm Deo & Patri, & erit  
Deus omnia in omni-

ntum; bus. Tunc enim me de-  
te satiābis satietate mi-

is, & rificā, itā ut nec esū-  
rīam, nec sītiā in æter-

neum; num: Qui cum eōdem  
Deo Patre, & Spīritu  
sancto, vivis & regnas  
per omnia sēcula seculō-

rum. Amen.

stiva. S s



## ORATIO S. THOMÆ AQUINATIS.

**O**mnipotens sempiternus Deus, ecce accedo ad Sacramentum unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi: accedo, tamquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordiæ, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper & egenus ad Dominum cæli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare sceditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: ut pangenem Angelorum, Regem regum, Dominum dominantium, tantâ suscipiam reverentiâ & humilitate, tantâ contritione & devotione, tantâ puritate & fide, tali

propósito & intentione, sicut expedit salutî animæ meæ. Da mihi, queso, Dominici corporis & sanguinis non solum suscipere Sacramentum, sed etiam rem & virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, quod traxit de virgine Mariâ, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari, & inter ejus membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in viâ suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari: Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs sancti Deus, per omnia sæcula seculorum. Amen.



COMMUNO



# COMMUNE SANCTORUM.

---

## COMMUNE APOSTOLORUM.

IN OMNIBUS VESPERIS.  
Qualibet Communi, ad  
Pss. Semper de Fer.  
tiphona, 1. G.

5. Sacerdotes Dómini vocabimini, in Dei nostri: forem gentium comest. Is. 61.

6. F. Vocabuntur iustitiae, plantatio in ad glorificand. Is. 61.

8. g. Aedificabunt in a seculo, & ruinas erigent, & aedificabunt civitates dis. Is. 61.

2. D. Pópulos vocat: ad montem: ibi aedificabunt victimas iud. Deut. 33.

7. d. Omnes qui vident eos, cognoscent quia isti sunt semina: in dicit Dóminus.

iva. a \*

Capitulum. Is. 66.

Hæc dicit Dóminus: Annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Dómino.

In Duplicibus II. Classis & supra, x. Pósuit Dóminus oculus suum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum; \* Ut nomen sanctificationis collaudent, & magnalia enarrant operum ejus. ♯. Fecit ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos prædicare: \* Ut nomen. Glória. \* Ut nomen. Eccli. 17. Marc. 3.

[In Duplic. I. Class. & supra, post ♯. Glória Patri. resumitur, non reclamatio, sed x. usque ad ♯.

Et sic pro alio quolibet Communi.]

## Hymnus.

**C**ŒLESTIS aulæ Prin-  
cipis,  
Sacri duces exercitûs,  
Bisſena mundi lumina,  
Olim futuri iudices:

MERSIS gravi caligine  
Per vos dies renâscitur:  
Quos vanus error lûse-  
rat,

Illustrat ipsa Vêritas.

NON vi, nec armis ml-  
litum,

Fandi nec ullis artibus,  
Verbo sed irrifæ Crucis  
Christo rebelles subditis.

QUIBUS gemebat sub-  
ditus,

Rumpuntur orbis vîn-  
cula:

Jam gaudet excusso jugo,  
Liber Dei sub légibus.

VULGATA terris om-  
nibus

Per vos Dei mystéria;  
Sic vestra terris omnibus  
Præclára facta pèrsonant.

UNI sit & trino Deo  
Suprèma laus, summum  
decus,

De nocte qui nos ad suæ  
Lumen vocâvit glóriæ.

Amen.

ŷ. Annuntiâbitur Dô-  
mino generatio ventúra;  
&c. Et annuntiâbunt cœli  
justitiam ejus pópulo qui  
nascetur. *Pf. 21.*

[*Duplicatur Ant. se-  
quens in Festis Duplicib.*

*II. Class. & suprâ. Et sic  
in quolibet Communi.]*

*Ad Magnif. Ant. 5. a.*  
Jam non dicam vos ser-  
vos, quia servus nescit  
quid faciat dōminusejus;  
vos autem dixi amicos,  
quia omnia quæcumque  
audivi à Patre meo, nota  
feci vobis. *Joann. 15.*

*Oratio propria est.*

AD COMPLETORIUM,  
*semper Psalmi FERIALES.*

[*In Annualibus, Ant.  
3. c. Vos estis lux mundi:  
lûceat lux vestra coram  
hominibus. Matth. 5.*

*Ad Nunc dimittis. Ant.  
5. a. Vox speculâtorum  
Sion: parâvit Dōminus  
brâchium sanctum suum  
in oculis omnium gen-  
tium. Is. 52. Et sic in die.]*

AD LAUDES.

[*In Duplicib. I. Class.  
& suprâ, ad Laud. Pss.  
de Dominica, cum Cantico  
de Communi, nisi pro-  
prium assignetur. Pariter  
ad ceteras Horas diei Pss.  
de Dominica, nisi propri-  
assignentur ad Vesperas.*

*In Duplicib. II. Class.  
& infrâ, ad Laud. Pss.  
de Feria cum Cantico de  
Communi vel Cantico pro-  
prio. Pariter ad ceteras  
Horas diei Pss. de Feria,  
nisi aliter notetur. Et sic in  
omni alio Communi.]*

*Commune Apostolorum.*

*117*

*iphona, 6. F.*  
locutus est únde-  
Discípulis dicens :  
tibi mihi omnis pó-  
tate celo & in terra;  
ergo docete omnes  
*Matth. 28.*

8. c. Prædicáte  
lium omni crea-  
baptizantes eos ,  
s servare ómnia  
que mandávi vo-  
v. 16. *Matth. 28.*

8. g. Quorum re-  
is peccáta, remit-  
eis : & quorum  
ritis, reventa sunt.  
20.

1. G. Accipietis.  
*vicum. Is. 52.*  
am pulchri super  
ontes pedes annun-  
\* & prædicantis  
; antiantis bonum ,  
antis salutem , \*  
s Sion : Regnabit  
us !

speculatorum tuó-  
\* levaverunt vo-  
imul laudábunt.  
i óculo ad óculum  
nt , \* cum convér-  
óminus Sion.  
léte & laudáte si-  
eserta Jerúsalem ; \*  
nsolátus est Dómi-  
pulum suum, redé-  
úsalem.

avit Dóminus brá-

chium sanctum suum \* in  
óculis ómalium géntium.

Et videbunt omnes fi-  
nes terræ \* salutare Dei  
nostri.

*Ant.* Accipietis virtú-  
tem supervenientis Spíri-  
tús sancti in vos , & té-  
tis mihi testes usque ad  
últimum terræ. *Act. 1.*

*Ant. 3. a.* Ecce ego vo-  
biscum sum ómnibus die-  
bus usque ad consumma-  
tiónem sæculi. *Matth. 28.*

*Capitulum. Ephes. 4.*  
**C**hristus dedit quos-  
dam quidem Apó-  
stolos , quosdam autem  
Prophétas ; álios vero  
Evangelistas , álios autem  
Pastóres & Doctóres ad  
consummationem san-  
ctórum , in opus ministé-  
rii , in ædificatióne  
córporis Christi.

*Hymnus.*

**Q**UI venit in terras  
Deus ,  
Ut morte nos servet sua ,  
Amóris hic fides sua  
Vos éligit vicários.

**OCCISUS** Agnus à lupis  
Vos misit agnos ad lupos ;  
Mores ferinos exuunt ,  
Agni repente de lupis.

**QUÆ** victimárum cæ-  
dibus  
Tellus madébat implis ,  
Vestris eam sudóribus ,  
Vestro piastis ságuine.

Hoc rore facta pinguior  
Quot illa fructus protulit!  
Quæ, quanta surrexit se-  
ges!

Et ista nos seges sumus.

QUAM si bonus respé-  
xeris,  
Qui das rigátis créscere,  
Frumenta nos cœléstibus  
Mátúra condes hórreis.

UNI sit & trino Deo  
Supréma laus, summum  
decus,

De nocte qui nos ad suæ  
Lumen vocávit glóriæ.

Amen.

ÿ. Annuntiáte inter gen-  
tes glóriam Dómini, r.  
In ómnibus pópulis mira-  
bília ejus. *Pf. 95.*

[ *Duplicatur Antiphona  
sequens in Festis Duplici-  
bus II. Class. & supra; &  
sic in quolibet Communi* ].

Ad Bened. Ant. 1. D.  
Prædicábant ut pœnitén-  
tiam ágerent, & dæmónia  
multa ejiciébant, & un-  
gébant oleo multos ægros  
& sanábant. *Marc. 6.*

*Oratio propria est.*

[ *Ad Horas, Antiphonæ  
sumuntur ex Laudibus,  
quartâ prætermisâ; & sic  
